

Pf XV-2

de extrema vunctione quomodo debeat fieri et ad quid valeat dis-
cens: & infirmus qui est adultus & dol capax debet a sacerdote si
appareat mortis periculum inungi oleo ad hoc ordinato in septem
membris per que potuit egrotans peccare. Membra autem sunt
hec. oculi: os: aures: nares: manus: pedes: & renes. Et vngendo in-
firmum debet in quolibet loco facere signum crucis: & dicere hec
verba. Per istam sanctam vunctionem: & per suam piissimam misericordiam
indulgeat tibi deus quicquid deliquisti per visum: & sic
de alijs sensibus. In hac autem vunctione maior confertur gracia
infirmo & prius haberet. Item morbus eius sit tollerabilior et pe-
na minor sustinetur: de hoc etia sacramento satis habetur in ma-
nipulo curatorum. Quid autem operetur istud sacramentum: & que
sit propria eius materia. Et si quis vngat infirmum crismate carēs
oleo teneat vncio. Et quomodo crisma non est nisi oleum balsa-
mo admixtum: et sic ferē eadem est vicia. Item virūs valeat vncio
de oleo non consecrato sicut valet baptismus de aqua non cons-
secrata: vide de conse. di. v. c. primo, et ex. de sacra vnci. c. vnicco.
Est melius in glosa capituli presbiteros. xciiiij. di. Construel in-
firms adultus debet inungi oleo presbitero. i. a presbitero. In
septem membris: quoq[ue] pro et infirmus vngitur cum oleo scuz
l[et] cruce et cum verbis: ut gracia maior detur sibi. et ut morb[us] sit
leuior let vt pena minor tolleretur. i. sustineatur.

De ordinibus & numero ordinum.
Ordo septen[us] est claro munere plenus
Tres sunt maiores: s[ed] bis duo priores minores
Janitor est primus: lector vult esse secundus
Exorcista subit his: acolitus sibi nubit
Subleuita subest: levitaq[ue] sacriores hoc est
Septimo collatus est ordo presbiteratus
Gratia cu[m] posse dat: imprimunturq[ue] caracter

Vec est. xxiiij. huius capituli pars: in qua tractat actor de ordi-
nibus & numero eorum dicens & septem sunt ordines quoru[m] tres
sunt sacri et vocantur maiores. alij autem quatuor sunt non sacri
et dicuntur minores. et sunt priores q[uod] prius sumuntur. Et ab istis
ordinat[u]s appellat[ur] scilicet Janitor: lector: exorcista: & acolit[u]. Primus aut[em]



ordo sacer appellatur subleuita seu subdiaconus qui tamē in pris
mitua ecclesia non erat sacer ordo ut dicitur in.c.a multis de etas
te et qualitate ordinandorum. Secundus sacer ordo appellatur dia
conus seu leuita. Et tertius et ultimus vocatur presbiteratus. in his
enim ordinibus gracia confertur cum aliqua potestate aliquid fa
ciendi quod prius non poterat nec debebat. Imprimatur etiam caracter
qui est indelebilis: quare tales ordines non reiterantur. Advertē
dum tamen quod canonistas sunt nouem ordines: quia dicunt eis
piscopalem dignitatem esse ordines. Theologi vero solum dicunt
esse septem. de hoc tractat iohannes andree in salutatione libri sexti
vide etiam in canone clericos. xxij. di. Nota quod magister sententiarum
in quarto. di. xxiiij. dicit quod ordo sacer est sacramentum signaculum
quo confertur spiritualis potestas ea faciendi que pertinent ad il
lum ordinem. Construe[.] Ordo septenus. I.i. in septem diuisus[.] est
plenus munere claro[.] i. spiritus sanctus tres ordines sunt maiores:
sed bis duo[.] i. quatuor[.] sunt primo minores. senior est primus[.]
ordo[.] Lector vult esse secundus. exorcista subit[.] i. sequitur[.] his a
colitus[.] i. ille ordo nubit[.] i. sociatur[.] sibi. subleuita[.] i. ille ordo
Isubest: quod pro et leuita est sacrior hoc[.] s. priore ordine[.] ordo pre
sbiteratus est collatus septimo loco. gracia dei cum posse[.] i. cu[m] po
testate[.] datur in his sacramentis supple[.] quod pro et caracter[.] id est
signum indeleibile[.] imprimitur in ordine.

De horis dicendis et a quibus.

Quilibet istorum qui fit susceptor eorum
Ad sacra promotus debet necnon titulat[.]
Horas quotidie septenas dicere rite.

Dec est. xxiiij. huius capi. pars: in qua tractat actor de horis
canonicis dicendis docens a quibus dici debeant. dicit ergo quod qui
cumque suscepit aliquem sacerdotum ordinum vel aliquam ecclesiam in
titulum debet et tenetur quotidie dicere septem horas canonicas
scilicet ritum sue cathedralis ecclesie vel sancte romane ecclesie. et responsum
huius est de intitulatis: quia propter officium diuinum datur be
neficium ut in.c.vultimo. de rescrip. in. vi. de alijs autem dicitur in
c. dolentes. et in.c.i. de cele. mis. de hac materia vide amplissime p
dum anthonium de ferrariis in quodam tractatu suo quem fecit
de horis canonicis dicendis. Construe[.] Quilibet eorum in nomi
num qui fit susceptor istorum ordinum sacerdotum promotus ad
sacra: necnon i. etiam titulatus i. habens ecclesiam in titulum

Ldebz quotidie dicere rite septenas horas. i. septē horas canoicas

CId quid dicūtur hore ⁊ quid significat.

At collaudetur cr̄stus ⁊ mors memoretur

Nocte iesus captus: damnat iudice prima

Ducitur in terna: sexta crucifigetur in hora

Mortuus est nona: fit lancea vespere fixa

Cōditur extrema cur septē dicimus horas

Hec est. xxv. huius capituli pars: in qua tractat seu docet actor
quare dicuntur hore ⁊ quid significant dicens q̄ septem horas ca-
nonicas dicimus ad laudem dei ⁊ memoriam mortis eius. Matu-
tine enim dicuntur ea hora qua xp̄us captus est. Prima vero dici-
tur ea hora qua xp̄us cōdemnatus ē. Tertia ea hora qua ductus ē
vt crucifigeretur. Sexta dicitur ea hora qua crucifixus est. Nona
vero dicitur ea hora qua mortuus est. Vespere autē dicuntur ea
hora qua percussus est lancea in latere dextro. Completorum dici-
tur hora qua xp̄us fuit sepultus. **C**onstrue. Ut collaudetur xp̄s
⁊ mors memoretur; dicimus septem horas [canonicas] iesus [fuit
sup.] captus nocte [jesus] [damnatur]. i. condemnatur [prima ho-
ra iudice]. i. a iudice. iesus [ducitur] ad crucem sup. [interna] id ē
hora tertiarum. iesus crucifigetur [in hora sexta iesus est] [mortuus]
[hora] [nona]. lancea fū fixa vespere [jesus] [condit]ur. i. aromatibus
ungitur ⁊ sepelitur [curs]. i. quare [dicimus septem horas] canoni-
cas. dñs Innocentius dicit in. c. l. d cele. mis. q̄ quilibet cleric⁹ etiā
in omnibus sacris ordinibus constitut⁹ omni die obet dicere officia
divina vel audire: ar. xc. di. clericus. z. c. fi. z. cxij. di. fi.

Conuomodo hore debent dici.

Clerice pausādo dic horas nō properādo

Dicas attente dic totū supplice mente

Dic iuxta more: dicas primo q̄ priorem

Lunq̄ deo loqueris orās nō ergo vageris

Sincopa vitetur versus non anticipetur

Donec finitus omnino sit bene primus

In templo vanū fuge cantū: dilige planū
Nō clames tantū cogaris linquere cātum.

Hec est vicesimasexta huius capi.pars : in qua docet actor quo modo horae debent dici.dicit ergo q̄ debemus cum pausa decenti non nimis properando horas dicere.Attendere etiam debem⁹ ad significationem ⁊ intellectum eorum que dicimus : ⁊ omnia dicere debemus devote ⁊ humiliter.Et quia cum deo loquimur : non vagari per alia extra ea nullatenus debemus : nec interrūpere verba propter precipitationem numism: nec incipere unum versuz p̄p̄ q̄ aliis sit finitus.Non etiam ad vanam gloriam sed eam fugiens do cantabimus plane sine deviatione.Nec est inchoandus cātus nimis alte ita vt cogatur quis postea dimittere eundem.magnen⁹ corde q̄ vocibus cantandum est in ecclesia dei ⁊ non cum organo vel melodijs vt populum delectet vt dicitur.xciij.di.per totum.Idem dicitur in canone.cantantes.di.xciij.oh! oh!Construe.Ol̄ clerice dic horas pausando ⁊ i.pausas faciendo ⁊ non properando.dicas attente.dic totum mente supplice ⁊ i.humili.Dic iuxta morem ⁊ i.consuetudinem loci:qz ⁊ pro et ⁊ dicas primo priorem:qz ⁊ pro et tu Lorans loqueris cum deo ergo non vageris.Sincopa vitetur:versus non anticipetur:donec sp̄ius ⁊ versus sit omnino bene finit⁹:fuge cantum vanum in templo ⁊ dei supple ⁊ dilige planum cantuz:Non clames tantum q̄ cogaris linquere cantum.

De cōiugio vbi statutū fuit ⁊ ad quid.
Cōiugiū primo statuit deus in paradiſo
Associās hominez quos fecerat ⁊ mulierez
Ad prolē dandum legaliter ac fouendum
Fit quoq; pro culpa luxus carnis fūgiēda
Cōiugij bona sunt ples: fides: sacramētu
Hectria nubentes debēt servare fideles
Et prolē generent: semperq; fidē sibi buent
Et conseruentur semp simul atq; iuuentur
Hec est xxvij.huius capituli pars in qua tractat actor de matrī monio docens quare ⁊ vbi fuit iustitutum.Dicit ergo q̄ in princi

pio mundi deus instituit hoc sacramentum matrimonij: et hoc fecit in paradiſo terrestri cum adam eue coniunxit ut scribitur gen. iij. 7. ix. cum dixit. **R**escite et multiplicamini. dicitur etiam in c. gau- demus de diuortijs. Q per illa verba. hoc nunc os ex offib⁹ meis institutum est sacramentum matrimonij. **C**ausa autem huius sacra- menti est multiplicatio prolis et vitāde carnis culpe causa: que pro- na est ad malum **H**en. viiiij. **T**ria igitur bona sunt in huiusmodi sa- cramento. s. fides partium: proles et sacramentum. **E**t hec tria des- bent interuenire a principio suscepiti sacramenti et perseverare usq; in finem. **P**rimo fides ut neuter adulteretur. proles ut eam ma- ter alat et suscipiat. **S**acramentum ut matrimoniu; non separetur licet thori diuisio fiat per adulterium: matrimonium tamen non se- paratur. xxij. q. ij. c. ij. **N**isi alter transiret de presenti ad religiones ut habetur de conuersione coniugatoru; c. ex publico. **N**ullus igi- tur extra matrimonium aut preter spem prolis suscipiente ac etiam fide saluata sacramenti debet carnis actum completere alias mor- taliter peccat ut dicitur ad epheseos. v. hoc enim scitote q; omnis fornicator non habet partē in regno xpi et dei. Et ad corinthios. vij. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. **E**t notandum q; ma- trimoniūm est viri et mulieris coniunctio individua vite consuetu- dinem retinens. xxvij. q. ij. S. apud. **C**onstrue deus statuit id ē ordinavit primo coniugium illud sacramentum in paradiſo ter- restri. ipse deus sup. **A**ssocians hominem et mulieres quos fecerat ad dandum legaliter. i. sub lege sacramenti prolem: ac pro et fa- ciendum: quoq; i. certe coniugium fit culpa carnis luxus id est luxurie fugienda. proles: q; pro et fides et sacramentu; sunt bo- na. **S**acramentu; nubentes id ē uxorati fideles debent seruare hec tria sc̄ sup. **V**t generent prolem: q; pro et vi seruent semper fi- dem sibi et vt conseruent semper simul: atq; pro et vi iuuen- tur simul.

Quot requirūtur ad cōiugiū et de impediētibus ipsum.

Fit quoq; cōiugiū consensu: sed dec; ipsu;

Consensum signis ostendi: siue loquelis

Duādo tractatur cōiugiū: bene videatur

Anteq; factu; sit: si pateat impedimentu;

Nam male peccarent si cōtra ius sociarent.
Erro:condicio:votum:cognatio:crimen:
Cult^odisparitas:vis:ordo:ligamē:hoēstas
Si sis affinis: si forte cohire nequibus

Hec facienda vetat q̄nubia facta retractat

Thec est. xxviii. huius capi. pars: in qua docet actor que requiruntur in matrimonio et que sunt impedimenta eius dicens q̄ matrimoniū contrahitur solo consensu ambarum partium. debet tñ talis consensus clare manifestari per verba vel per signa infallibilia. Aduertendum tamen est diligenter quādo tractatur matrimonium utrum sit aliquando impedimentum inter volentes contra here: quoniam peccant grauiter qui matrimonia iure canonico interdicta scienter tractant. impedimenta autem sunt. xij. scz error. s. persone qui ex sui natura et non ex institutione ecclesiastica solum impedit matrimonium quoniam qui errat non consentit vt. ff. de iurisdictione. l. per errorem. et errantium voluntas nulla est vt. L. de iuri s. et facti ignorantia. l. cum per testamentum. vnde si vir vel mulier erret in matrimonio contrahendo: nullus est consensus qui solus facit matrimonium. Notandum tamen q̄ triplex potest esse error circa personam. s. ipsius persone: vt si de petro credatur q̄ sit guillermus erratur circa personam: et talis error non impedit matrimoniu. s. Alius est error fortune: vt si de paupere credatur q̄ sit diues. Tertius est error qualitatis vt si de ignobili credatur q̄ sit nobilis: vel si de corrupta credatur q̄ sit virgo. Et isti duo vltimi errores non impediunt matrimonium. Aliud est impedimentu conditionis ab ecclesia introductum in favorem libertatis: et tale impedimentum impedit matrimonium: vt si mulier libera ignoranter contrahat cum seruo vel econtra matrimonium nullum est: nisi postq̄ alter nouerit conditionem alterius consentiat in eum vt ea vbo vel facto vel carnali copula. Tertiū ē impedimentū voti. s. cōtinente vlo castitate: et si sit simplex impedit matrimoniu: contrahēdū sed nō dirimit iā tractus. sec^o est de solenni vt in. c. vnicō de voto et voti redēptione. li. vi. Promoti etiā ad sacros ordines et religio si nō possūt contrahere. Quartū ē impedimentū cognatiōis q̄ triplex est. s. carnalis: spiritualis: et legalis. Carnalis appellatur p̄sanguinitas. Est autē p̄sanguinitas vinculū psonarū ab eodē stipite descendentiū carnali propagine tractum. Et inter h̄mōi p̄sanguineos

mitas

prohibitum est matrimonium vsq; ad quartum gradum in linea transuersali. in linea autem ascendentis et descendenti recta prohibitum est matrimonium vsq; ad infinitum. Cognatio autem spiritualis est propinquitas proueniens ex sacramenti datione vel susceptione: ut cum sacerdos baptisat puerum efficitur eius pater spiritualis. Similiter patrinus et matrina ut dicitur. iij. q. i. in. c. omnis. hec autem cognatio prohibet matrimonium inter leuantem et leuatum: et inter filios et filias leuantis et patris et matris leuati. Cognatio vero legalis que est adoptio vix aut nunquam habet in usu prebet tamen impedimentum scilicet ius civile inter adoptantem et adoptatum et inter filios carnales et adoptuos. Quintum impedimentum est criminis. Unde nota quod est aliquid crimen impediens matrimonium sed non dirimens: sicut est incestus: uxoricidium: rapta alienae uxoris: solennis penitentia: et si quis insidiando matrimonio proprium filium de fonte suscepereit ut possit priuare uxore debito carnali. Item homicidium presbiteri et multa alia. Tria autem sunt crimina que impediunt et dirimunt. primum cum aliquis adulteratur cum aliqua coniugata: et ipse vel alia machinatur cum effectu in mortem mariti. Secundum est si adulter prelet fidem adultere quod ducet eam post mortem mariti legitimi. Tertium est quod non prelet fidem de ducendo eam: sed principaliter eam ducit et cum ea contrahit: quod ut ait celestinus papa: plus est ducere quam fidem dare extra de eo qui ducit in matrimonio quam polluit per adulterium. c. cum habere. Sextum est impedimentum disparitatis cultus scilicet quando alter est fidelis et alter infidelis matrimonium nullum est inter eos: nisi alter conuerteretur ad fidem alterius. Septimum est impedimentum violentie. violentia enim de sui natura excludit sensum liberum qui solus facit matrimonium: ut si alter coniugum coactus violenter contrahit inuitus matrimonium. Octavum est impedimentum ordinis. et intelligendum est de ordine sacro: quoniam minores ordines non impediunt. Nonum est impedimentum ligaminis cum quis scilicet ligatus alterius uxori per sacramentum matrimonij. Decimum est impedimentum publice honestatis iusticie introductum ab ecclesia propter eius honestatem: ut cum quis despousauit puellam septennam: licet eam non cognoscat: nullus tamen consanguineus viri poterit eam habere in uxorem ut in. c. iuuensis. extra de sponsalibus. Undecimum impedimentum est affinitas. est autem affinitas personarum propinquitas ex carnali copula proueniens omni carens parentela. Et non protenditur ultra primum gradum: de hac in. c. tue fraternitat. de consanguinitate

et affinitate. **D**uodecimum impedimentum est impotentia coeundi et ictus est maximum: quod contrariatur directe matrimonio quod ordinatur ad problem suscipiendam et aliquando prouenit a natura ut frigiditas in viro et arcatio in muliere. aliquando prouenit ab accidente ut castratio maleficium quod fit per quedam maleficia que dicuntur sorte vel facture. **A**liud est impedimentum temporis feriarum: ut ab aduentu domini usque ad octauas epiphanie: et a septuagesima usque ad octauas pasche: et a tribus diebus ante ascensionem domini inclusive usque ad octauas penthecostes prohibetur contrahere matrimonium ut extra de ferijs. c. capeilanus. **A**liud est impedimentum quod vocatur interdictum ecclesie. scilicet quando aliquis prohibetur contrahere cum aliqua: quia forte dicitur eius consanguinea vel affinis vel sponsa alterius: et generaliter quandocunq; prohibetur matrimonium a canone expresso iure: sed istud impedimentum non semper dirimit matrimonium contractum. **I**mpedimenta autem perpetua ponit dominus Innocentius cum allegationib; in. c. iuuenis extra de sponsalibus. **C**onstrue Quoq; scilicet certe conjugium. scilicet matrimonium fit consensu: sed decet ipsum consensu ostendi: signis siue pro vel: vel loqueliis. scilicet sermonibus quod coniugium tractatur: videatur bene anteq; sit factum si impedimentum pateat. nam pro qd: quia his super qui sociarent virum et feminam contra ius peccarent male. error. scilicet super persone conditio. scilicet seruitutis cognatio. scilicet sanguinitas personarum crimen: disparsitas: cultus. scilicet religionis vis. scilicet violentia ordo sacer super. Ligamen. scilicet vinculum matrimonii honestas publica super. **A**ffinitas personarum. Si nequibus. scilicet si non poteris forte coire. hec supradicta vetant. scilicet prohibent connubia. scilicet matrimonia facienda: et retractant. scilicet dissoluunt connubia facta.

De tempore prohibete coniugii.

Sex ferie vetitum prohibet sed non ea solius
Aduentus differt sponsos: felix quoque confert
Septuagena negat pasche lux nona flagrat
Letania vetat: sed trinum numeri adunat

Textus est. xxix. ac etiam ultima huius capi. pars: in qua docet actor tempora prohibentia matrimoniorum fieri dicens: quod hec sex ferie que sequuntur in textu prohibent matrimoniorum tribus temporib; celebrari: verutamen contractus non dirimuntur. **T**res priores pro-

hibent fieri eo tempore matrimoniorum de presenti cum solennitate
et tres sequentes et relaxant tempus matrimonij. Et primo aduentus
phibet p̄irahī matrimoniorū. Sed festū felicis defert p̄tates celebrādi
matrimoniorū. Tē septuagesima negat matrimonium usq; ad nonam
diem post pasca. Nona vero dies dat p̄tatem. Item rogationes prohibe-
bent matrimonium usq; ad festum sanctie trinitatis. De hac mate-
ria in canone oportet. xxxiiij. q. iiiij. ubi textus. Non oportet. A sep-
tuagesima usq; ad octauam pasce. et tribus ebdomadis ante festi
uitatem sancti ioh̄is baptiste. Et ab aduentu dñi usq; post epiphā-
niam nupcias celebrare. Con. sex serie prohibent matrimonium
vetutū: sed nō solūtū. i. dissoluunt ea matrimonia aduentus. i. illud
tempus differt. i. i. distare facit sp̄os: quoq; pro et felix. i. illud
festū cōfert. i. i. tribuit facultatē matrimonio sup. I. septuagena. i. i.
septuagesima negat matrimonium. nona lux. i. dies nona a festo
I. pasce relaxat matrimonium. letania. i. i. tempus rogationū. vetat
i. phibet. L. numē trinū. i. festū trinitatis. adunat matrimonio sup.

Capitulū quītū d̄ virtutib⁹ et p̄tio i generali
Criminibus lotis de mente tua q̄z remotis
Insere virtutum semen que sint tibi scutum
Nec quantum viues in peccatum recidives
Sintq; tibi lumen: quo possis cernere numen

Con. Doc ē quintū hui⁹ totius operis capi. in quo tractat actor de vir-
tutibus primo in generali. secundo in speciali dicens: purgatis cri-
minibus n̄ris per p̄niām et eisdeꝝ ab intentione n̄ra separatis: semi-
nare debem⁹ virtutes in mente et aia nostra: qm̄ virtutes sunt velut scu-
tum et defensio aduersus peccata. Et sunt ipse virtutes lumen anime
ut cognoscat qm̄ malū est peccatum: ne in eū postq; illud derelinque-
rimus ad id redeam⁹. inanis ē enī penitentia quam sequēs culpa
coquinat: et vulnus iteratū sanatur tard⁹. Et frequenter peccās
et linquens vix venia merebitur. et quid profundit lamenta si replicā-
tur peccata. nihil valet venia a malis poscere. et mala denuo itera-
re. vita ergo bona accepisti tenere: nō desinas. propositū bone
vite p̄serua iugiter de pe. di. ii. c. inanis. Con. Insere semen que
sunt tibi scutū. i. defensio p̄ctōz. hoc dico. Criminib⁹ lotis qz. pro
et remotis de mente tua: nec pro ut et nō: ut nō. recidives. i. utq;
cadas in peccatum quātuꝝ viues: qz. pro et ut ipse virtutes. Sint lu-
men tibi: quo lumine possis cernere numen. i. deum.

De trib⁹ virtutib⁹ theologicis et quattuor cardinalibus.

Septem virtutes habeas: aduersa refutes
Esto fide firmus: spe:rectus:amore ligat⁹
Prudens et iustus: animo fortis:moderat⁹

Hec est prima pars specialis hui⁹ capituli:in qua tractat actor de tribus virtutibus theologicis: et de quatuor cardinalib⁹ dicens q̄ habere tenemur septem virtutes: et fugere debemus earum contraria vicia. **T**heologales autem virtutes sunt hec s. fides firma: spes recta: et charitas ordinata. **C**ardinales sunt prudentia: iusticia: fortitudo: et temperantia. **D**e tribus primis virtutibus theolo. vii de magistrum sententiarum in tertio circa finem: et per totum ibidem satis ample habetur. **D**e virtutibus quas spirit⁹ sanctus dat vide ap̉l'm ad epheseos. v. ibi fructus autem spiritus est charitas: gaudium: pax: pacientia: benignitas: bonitas: longanimitas: misericordia: fides: modestia: continentia: castitas. **D**e alijs vero quatuor seneca libro de virtutibus Aristotelis li. ethi. et catho li. suo. bonorum morum reformatio. **C**onstrue Habeas septem virtutes. refutes aduersa. i. cōtraria illis Esto. i. sis firmus fide Esto Lectus spe Esto ligatus amore id est charitate. esto prudens et iustus Esto fortis animo Esto moderatns seu modest⁹ et temperantia

De donis spiritus sancti in generali.

Donis impleri pro cura pneumatis almi
Esto timens pius atq; sciēs factis bñ q̄sul
Hinc intellectus sapientia dona dei sunt.

Hec est secunda huius capi. pars: in qua tractat actor de donis spirit⁹ sancti in generali dicens q̄ debemus multum laborare pro donis spirit⁹ sancti habendis. **P**rimum est donum timoris. Secundum donum scientie. Tertium donum consilij. Quartum donum intellectus. Quintum donum sapientie. Sextum donum pietatis. Septimum donum fortitudinis. de his Esaye. xi. et gregorius. xix. omelia super ezechielem. **C**onstrue procura impleri donis pneumatis almi. i. sancti spiritus Esto. i. sis timens deum sup. Pius id est misericors pauperibus atq; pro Esto sciens Esto bene

consul factis misi intellectus et sapientia sunt hinc dona dei.

Octo beatitudines.

Sis bene dotatus: ut sis infine beatus
Sis paup:mitis:flēs:sitiens ius miserator
Mūdus: pacificus: sic vult mūdi creator
Per septē merita dātur tot premia magna
Paup enī regnat:mitis possessor habūdat
Flēs cōsolatur:sitiens iustū satiatur
Fit pietasq; pijs dominū mūdusq; videbit
Est quoq; pacificus domini ples et amicus

Dec' est tertia huius capituli pars: in qua tractat actor de octo beatitudinibus dicens: q; debemus nos hic ornare virtutibus per quas ad beatitudinem celestem peruenire possumus. octo enī sūt beatitudines presentis vite per quas peruenire possumus ad beatitudinem celestis glorie. Prima est paupertas. Secunda est mititas seu humilitas. Tertia est fletus et luctus. Quarta est desiderium iusticie. Quinta est misericordia pauperum. Sexta est cordis munidicia. Septima est pacientia. Octaua est sustentia persecutionis propter iusticie veritatem. Nonam beatitudinem insuper addidit xp̄s mathei. v. dicens. Beati estis cuz maledicerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersus vos me cientes propter me. Per meritum enim harum virtutum conferuntur maxima premia. nam pauper abundabit diuicijs. Mitis vero possidebit terram celestem. Lugens consolabitur. Iusticiam desiderans et sitiens saturabitur. Misericors misericordiam dei consequetur. Mundus corde deum videbit. Pacificus autem filius dei vocabitur. Et qui persecutionem patitn propter iusticiam regnum celorum consequetur. Et de his omnibus vide capitulum quintū in euangelio mathei. Construe Sis dotatus i.e. ornatus bene: ut sis beatus in fine. Sis pauper mitis seu benignus: flēs: sitiens ius i.e. iustus miserator: mundus: pacificus. Creator mundi vult sic. Tot premia magna dantur per septem merita. Quoniam pro qr: quia pauper regnat. mitis abundat. flēs consolatur. sitiens iustum satiatur: qz pro et pietas fit pijs et mundus videbit

dominum: quoq[ue] i.e certe pacificus est proles J.t. filius domini
et amicus.

De fide et circa que cōsistit.

Vera fides credit que nō videt his et obedit
De qua p̄scripsi: cur hic non pl̄ tibi scripsi.

Dec est quarta huius capi. pars: in qua tractat actor de fide et
circa que consistit dicens & vera fides facit credere qd̄ non videt
et obedire etiam his que non videntur: ut ait apl̄us ad heb. xi. vbi
dicit & fides est substantia rerum sperandarum argumentum nō
apparentium. de fide satis dictum est supra. c.i. huius libri: quare
hic superseditur. Construe] fides vera credit] ea sup. [que non
videt. et obedit] his que non videt] de qua] fide. ego actor] p̄scripsi
cur]. i. quare] non scripsi tibi plus hic.

De spe et effectib⁹ eius.

Eternam spectat vitam spes et meritis stat

In domino fixa secus est presumptio dicta

Spernit terrena spes celi sperat amena

Egris solamen tribulatis dat reuelamen

Non in diuicijs proprijs speres vel amicis

In domino spera qui donat gaudia vera

Qui vult prodesse speranti nescit abesse

Debet quisq[ue] fore cū spe simul atq[ue] timore

Et non diffidat peccātū nimium neq[ue] fidat

Dec est. v. huius capi. pars: in qua determinat actor de spe et
eius effectu dicens & spes ex meritis proueniens facit nos expectare
cum certitudine vitam eternam: quā fide credimus esse post pre-
sentem miseriam. alias enim spes sine meritis proprijs est quedā
presumptio future beatitudinis veluti sperare in domino sine ope-
ribus virtuosis. per veraz spem contempnimus res terrenas et de-
sideramus celestes. Sicut spes future reuelationis et sanitatis con-
solatur infirmos et relevat tribulatos. Non enim sperare debem⁹
seu spem ponere in diuicijs ut dicitur psal. lxj. Diuicie si affluant

holite cor apponere.nec in amicis vi.cxxv). psalmo. **N**olite confis-
dere in principibus nec in filiis hominum in quibus non est sal^o.
Sperandum est autem in solo deo qui dare potest vitam eternam
et solus potest proficere et nūq deficere. **V**ivamus igitur cum spe
venie de peccatis et cu^z timore dei: quia spes sine timore presump-
tio est: de qua dicitur. **M**aledictus qui peccat in spe. neq^z enī tan-
tum sperandum est de dei misericordia ut postponatur timor diui-
ne iusticie. alias enim esset peccare sub spe venie et contra spiritum
sanctum ut dicitur in. c. quis. de conse. di. iiiij. **L**onstrue. Spes
id est illa virtus theologalis. spectat. i. expectat vitam eternam et
spes inquā stat fixa in domino meritis. spes est dicta secus. i. aliter
presumptio. spes spernit terrenas spes sperat amena. i. delectabil-
lia celi spes dat solamen. i. consolationem egris spes dat releua-
men tribulatis. Non speres in diuicijs proprijs vel in amicis. spe
ra in domino qui donat vera gaudia. Qui de^o sup. vult prodesse
speranti: et nescit abesse. i. deficere. Quis sqz. i. quilibet debet fore id ē
esse cum spe atq^z pro et debet esse simul cum timore: et peccans nō
diffidat: neq^z pro et non fidat. i. confidat nimium.

De charitate primo in generali.
Carus amor dictus est vere maxima virtus
Qua sit homo gratus dño tādemq^z beat⁹
Constat amās plenus h^ttutib⁹ alter egen⁹
Nullus habz flore meriti nisi ppter amore
Hoc est. vij. huius capi. pars: in qua determinat actor de chari-
tate in generali dicens: q^z charitas que est ver^o amor dei sui et pro-
ximi dicitur veraciter maxima virtutum. **Q**uare xps charitatē sibi
approprians dicit. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuidem
iohis. xv. Idz dicit aplus ad Ro. xiiij. Qui diligit legem impleuit
plenitudo ergo legis est dilectio. **S**imiliter ad corinthios. xiiij. pro-
bat apostolus: q^z nulla virtus est utilis ad salutem sine caritate cu^z
dicit. **S**i linguis hominum loquar et angelorum: charitatem autes
non habeam factus sum velut es sonans aut symbolum tumiens
Charitas enim facit hominem deo gratum: et deinde beatum et qui
habet charitatem omnem habet virtutem. nullus etia^m mereri po-
test vitam eternam sine charitate: que cu^z semel pfecta habet nūq
excidit: ut d^r ad corinth. xiiij. et similiter in canone. ficta charitas est

que deserit in aduersitate charitas vera semel habita vterius nō
admittitur. **C**onstrue amor carus s.i. charitas est dictus vere
virtus maxima:qua virtute homo fit gratus domino: qz pro et
fit tandem s.i. finaliter beatus amans ex charitate sup. Constat
id est est plenus virtutibus.alter id est qui non habet caricatem ē
egenus. id est carens virtutibus nullus habet florem meriti.nē
propter amorem id est charitatem.

Cū quo incipit charitas: et quō dili-
gēnd⁹ est quisq; indifferenter.

Ordo seruetur: ut primo deus perametur
Poستea dilige super oīa: sed mage hunc te
Proximus est hinc pl⁹ peramād⁹ iūl⁹ aīc⁹
Poستea vult dñs vt amatus sit inimicus
Inquātū bonus est: et hō: sed nō vt iniqu⁹
Poست corp⁹ propriuz peramēt et hinc alienū
Dilige sic homīnes: vt eorū crīmina vites
Ac odias culpas hoīez nō qui facit ipsas

Hec est. viij. huius capituli pars: in qua docet actor que sunt di-
ligenda ex charitate prius et posterius magis et minus. d. q; in cha-
ritate perfecta et ordinata talis est ordo seruandus ut scz primo et
principaliter diligatur deus et super omnia: deinde quilibet tenet
seipsum diligere amore. s. iusticie et non concupiscentie. **T**ertio ve-
ro loco diligendus est proximus et primo bonus iustus et amicus
et consequenter inimicus: vt dicitur luce. vj. **D**iligite inimicos ve-
stros. benefacite his qui oderunt vos. Idem dicit augustin⁹. **P**ri-
mo diligamus que supra nos sunt. deind⁹ que intra nos. postea ve-
ro que circa nos. **D**e hoc ordine etiam tractat ambrosius. **D**ilige-
re etiam debemus inimicos et quo scunq; licet sunt mali: non tamē
diligere debemus eos quia mali sunt: sed quia homines sunt. des-
inde corpora nostra diligamus: preponendo tamen animas alioq;
homini enim miserendum est: peccatori irascendum vt. xxiiij. q. iiiij
in rubro. et in c. duo ista noīa vbi text⁹. duo ista noīa cum dicim⁹.
hō p̄ctōr nō vtiq; frustra dicūt: q; p̄ctōr ē corripe: q; hō miserere.
Construe ordo seruetur in charitate sup. **L**et deus perametur.

Id est perfecte ametur super omnia. i.e. ante omnia dilige postea te: sed dilige mage. i.e. magis hunc scz deum te. & te proximus iustus est hinc peramandus plus dominus vult ut inimicus sit. I postea Jamatus inquit est bonus: sed non ut iniquus. Corpus proprium permetitur post: et alienum corpus permetitur hinc dilige sic homines ut vites eorum crimina: ac pro et odias culpas. Ho minum et non odias eum qui facit ipsas culpas.

De prudentia et circa que possunt.

Presens in rebus transactis solertia nectit
Constat in insidijs prudetia vera cauedis
Ac disponedis sapienter rebus agendis
Presens dispone transactuz mente repone
Prospice ventura sic est prudens tua cura
Su quid vis agere debes prior bene videre
In tibi conueniat liceat simul utile fiat
Dia prudenter fac finem cerne frequenter
Et primo metue que possunt inde venire.

Pec est octava huius capi. pars: in qua tractat actor de prudetia et circa que consistit dicens & solertia est pericia conferendi sententia preteritis tantu. Sed prudentia tria tempora concernit. Prudens enim omnia sua facta que completere intendit sapienter ad uertit ut evitet casus fortuitos que varijs modis contingere possunt. Presens enim tempus prudens disponit: et preteritum mente voluit ac retinet. Sollicite vero futuruz tempus a longinquuo contemplatur. Et in his autem tribus versatur cura eius. Prudens etiam in agendis considerat an conueniat ei et utiliter licita sint. Non enim cuncta que licent semper expediri ait apostolus ad corinth. vii. Prudenter ergo omnia ex fine sunt discernenda. Et metuenda sunt que inde prouenire possunt ne in aliquo noceant. Et nota quid sit prudentia est virtus cardinalis in intellectu pratico continens alias cardinales: medium tenens inter morales et intellectuales. Tauriga earum que obliuione non deletur: proprium bonum concernens: et communem non omittens. Ab arte tamen differens que

sollitudinem habet annexam. Estote ergo prudentes sicut serpentes mathei quarto. **S**onstrue [Solertia]. i. illa virtus [nectit]. i. coniungit presens tempus sup. [in rebus transactis. V]era prudenteria constat in insidijs cauendis: ac [pro] et in disponendis sapienter rebus agendis. O prudens sup. [Tu]a cura est sic dispone [pro] sens tempus repone mente [tu]a tempus [transactum]. prospice venatura. Cum vis agere q[uo]d. i. aliquid debes primo videre bene: an [i. vtrum] conueniat. i. decens sit et an liceat et an fiat simul utile fac omnia prudenter. cerne fines frequenter: et metue primo [ea] q[ui] possunt venire inde. i. ex illo fine.

De iusticia et impedientibus ipsam.

Esto vir iustus cunctis reddendo suum ius
Redde creatori ius maioribus minori
Serua dulcore iuris moderando rigorem
Seuit iusticia nisi sit pietas sibi iuncta
Alt bene procedas non uba nimis cito credas
Te prius informa ne ledas quez sine norma
Qui subito credit alios et se male ledit
Qui cito procedit a iusto sepe recedit.
Turbant sepe metus odium dilectio munus
Judicium rectum cur est utrumque cauendum

Pec est. ix. huius capi. pars: in qua tractat actor de iusticia et impedientibus ipsius dicens quod vir iustus reddit cuiusque quod suum est et primo deo: et alijs tam minoribus quam maioribus. iustus enim debet seruare iuris equitatem: et temperare iuris rigorem. iusticia autem convertitur in crudelitatem nisi habeat pietatem sibi annexam. Unde ergo et quicunque alius iustus exercendo iusticiam si iuste non vult procedere non debet omnibus verbis nimis cito credere: sed debet prius debite se informare de veritate ne ledat iustum sine regula iusticie. Sepe enim accidit quod is qui nimis cito credit verbis que audiuit et premature procedit ad exercendum iusticiam seipsum et alium ledit: quoniam a iusticia recedit. **A**dvertendum tamen quatuor sunt quibus solet humanum peruertere iudicium. primus

est metus seu timor. secundum est odium. tertium est dilectio. et quarum est munus seu donum acceptum: a quibus debet fieri ois iustus iudex alienus ut dicitur in c. Cum eterni. de sententia et re iudicata libro. vj. et ibi ponitur iudicis temere iudicantis. Est autem iustitia constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuens. s. et instituta de iusticia et iure. §. i. Construe. I esto id est sis vir iustus reddendo suum ius cunctis. rede ius creatori: maior: i: qz. pro et minor. serua dulcorem. i. equitatem iuris moderando rigorem iusticia servit. i. crudelis est nisi pietas sit iuncta sibi. non credas nimis cito verba ut procedas bene. informa prius te: ne pro ut et non: ut non ledas quem. i. aliquem sine norma ille supplet qui credit subito iedit male se et alios ille qui procedit cito recedit se pe a iusto. Odium: metus: dilectio: munus turbant sepe rectum ius dicum. cur. i. quare utrumque est cauendum.

De fortitudine.

Fortis sis animo semper peccata cauendo
Sis constans fortis: cu temptat te malus hostis
Tempore si mesto vexaris fortior esto
Nam post aduersa de bona dat vice versa
Ut no deficias constans in turbine fias
Tunc debes esse mage fortis quando necesse
Hemp magnanimit aduersus fortior est pli

Dec est. x. huius capi. pars in qua tractat autor de fortitudine dicens q fortis et animo constantes esse debemus aduersus demonis temptationes si volum vitare peccata. quanto enim plus temp tamur tanto debemus fortius resistere temptationibus: qd si fecerimus deum adiutorem nostrum percipiemos: qui temptationem fugabit et plurima bona propter resistantiam dabit ut dicitur apostolis. xxi. Qui vicerit possidebit hec: et ero illi deus: et ille erit mihi filius. Ubi ergo est bellum et periculum constantiores atque fortiores esse debemus: veluti boni proceres. nam magnanimus quanto fortius impugnatur tanto plus aduersus impugnantem fortificatur. Fortitudo est virtus moralis qua quis constanter sustinet aduersa et audacter aggreditur difficultia. Lon. L sis fortis animo cauedosp pcti. sis constans et fortis cu hostis malus temptat te. esto fortior

si vexaris tempore mesto]. i. tristis nam propter quia deus dat bona
na post aduersa viceversa. fias constans in turbine]. i. turbatione
ut non deficias. debes esse tunc magis]. i. magis fortis quando est
est supplex necesse. magnanimus aduersus. id est contrarius est
semper plus fortior. id est fortis.

¶ De temperantia.

Ut domino gratus viuas esto moderatus
Non vult sobrietas ratione frangere metas
Quanto plus poteris in cunctis te modereris
Vincere cor proprium plus est quam vicere mundum
Temperet excessus qui non vult esse reprehensus
Semper adest vicium nisi sit temperamentum
Quanto maior eris moderatior esse teneris
Nam cito stultus eris nisi velle tuum modereris

¶ Decima undecima huius capituli pars: in qua tractat actor de temperantia dicens quod si velimus deo grati esse debemus vivere moderate: quoniam qui sobrie vivit nunquam excedit rationis regulas. Et per moderationem vincere cor proprium magnum est et valde virtuosum. Et est maius opus quam vincere totum mundum. Si quis ergo velit vivere sine reprehensione debet in nullo excedere. ubi enim non est temperantia semper insunt crimina. Et quanto quis maior est tanto debet esse moderatior: alias stultus quis reputatur quando voluntas eius non moderatur. Unde huius ambrosius temperantia est virtus que modum et ordinem eorum que dicenda vel agenda sunt seruat. Construe esto]. i. sis] moderatus ut viuas gratus domino. Sobrietas non vult frangere metas]. i. limites seu terminos rationis. modereris te]. i. moderatus sis] in cunctis: quanto poteris plus vincere cor proprium est plus quam vincere mundum ille super qui non vult esse reprehensus temperet excessus. vicium adest semper. nisi temperamentum sit teneris esse moderatior quanto eris maior. nam pro quia: quia eris cito stultus: nisi id est nisi modereris tuum velle.

¶ De timore et circa que consistit.

Pre cunctis timeas dominum simul et reverere

Ni dominū timeas opus est te cūcta timere
Si dñm metuis: contraria nulla timebis
Si quis amet dominū semp reuerebit ipsū.
Humano more non est amor absq; timore
Nō sibi servili sed amicabili reuerenti ~
Nō timeas hominē nec mūdū te tribulantē
Sed dominū metue qui semp regnat vbiq;
Qui valet in patria te ponere sine gehēna
Si cristum metuis: semp peccare cauebis ~
Si metuis dñm tibi donabit paradisum ~

De c. xij. huius capituli pars: in qua tractat autor de timore et circa que consistit dicens q; ante omnia et super omnia debemus deuū timere et perfecte honorare: quoniam qui deuū nō timet: oia alia odio habet. et ecōtra qui deuū perfecte timet timore reuerentiali et filiali seu obedientiali nihil aliud timere debet: qz nihil ei poterit nocere veluti dicit apls. **S**i de⁹ pro nobis quis p̄tra nos **A**d ro. viii. Qui nō amat deuū valde timet offendere eū: qm nullus est perfect⁹ amor human⁹ sine timore. **S**ed aduertendū q; timere debem⁹ deuū nō timore servili sicut dyabolus timet: sed timore amicicie et reuerentiali mundus aut̄ v̄l mundan⁹ hō nō ē timēd⁹: q; uis pro se p̄pore inferre tribulationem possit. de⁹ aut̄ solus vere timēdus ē: qz vbi qz est et vbiq; propter gloriaz vel penam. Qui enim deuū timet semper a peccato abstinet quare tandem regnū assequitur celeste. **T**imor enim paulum induxit ad fidem. xxij. q. iiiij. scismatici. **A**gens tamen bonum timore pene non amore iusticie nō deducitur spiritu sancto. xxvij. q. vi. ex his. Quotuplex aut̄ sit timor vide in. c. Eum qui de prebendis in sexto. in glosa super verbo formidine. vbi allegetat gregorij dicente: q; timor servilis est in quo vivit amor pecandi: et sequeretur actus nisi timeretur punitas. **L**on. **T**imeas dñm: et reuerere]. i. honorā] simul pre cūctis]. i. ante oia] opus est] .i. necesse est] te timere cuncta alia] a deo iup. [n]i] .i. nū] timeas dñm. Nulla] pro non et vlla: non] timeas vlla contraria. si metuis .i. times dñm] **S**iquis] .i. aliquis] amet dñm reuerebitur semper

ipsum. Amor non est absq; timore more humano. Amor inq; seruili sibi: sed reverenti*l.* i. honoranti*l.* amicabiliter sibi*l* deo*l* Non ti meas hominē nec mundū tribulante*z* te: *s* metue dñm qui regnat semp vbiq*z*. Qui de*v*alet*l*. i. potest*l* ponere te in patria siue iehesua. Lauebis semp peccare si metuis xpm*l*. i. times dñm.

De pietate et misericordia.

Si vis gaudere miseris semper miserere.

Si pius es miseris: pietate dei potieris.

Utilis est pietas plusq*z* terrena potestas.

Nemo potestate saluatur sed pietate.

Prec*l*ec*l* est. xiiij. hui^o capituli pars: in qua determinat autor de pietate et misericordia dicens q*z* si quis velit habere gaudium celeste debet misericors esse pauperibus et miserabilibus personis: q*z* n*o*d est dignus misericordia qui non facit misericordiam. Quare dicit xps luce. vi. Estote misericordes sicut pater vester celestis misericors est. illis enim promisit deus misereri mathei. v. dicens. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Qui igit*p*ius et misericors fuerit in hac vita regnum celorum per dei misericordiam consequetur. Est ergo pietas ipsa seu misericordia utilior potestate terrena: quoniam nullus saluabitur per potestatem: sed bene per pietate*z*. Pietas igitur ad omnia valet ad thimotheum quarto. que presentis et future vite impetrat subsidium ut dicitur lxij. di. Hospitalitatem. vbi multa dicuntur de pietate igitur vide ibi. Construel miserere semper miseris si vis gaudere potieris*l* id est vteris*l* pietate dei. si es pius*l* id est misericors*l* miseris*l*. id est pauperibus*l* pietas est utilis plusq*z* potestas terrena: nemo salutatur potestate sed pietate.

De operib*z* misericordie corporalib*z*.

Septem corporea fac pauperib*z* pia facta.

Dasce famescentes: pota nimius scientes.

Indue nudatos: redime d*o* corpore captos.

Egros conforta: peregrinos collige porta.

Defunctos sepelli sic sumes gaudia celi.

Dec est. xiiij. huius capituli pars: in qua tractat autor de operibus misericordie corporalib⁹ dicens q̄ quilibet xpianus debet mereri vitam beatam per septem opera misericordie pauperibus exhibita: videlicet dando cibum ⁊ potum indigentibus induendo nudos ⁊ redimēdo captiuos maxime xpianos inter fideles existētes hoc enim opus misericordie p̄fissimum est: ⁊ iure privilegiatus ita videlicet vt res sacre deo dicatae possint pro tam pio opere alienari vt in. §. sacre res. ⁊ instituta de rerum diuīsione. ⁊ in. l. sancimus L. de sacro sanctis ecclesijs. Et melius in canone. Durum habet ecclesia. xij. q. ij. vbi textus. Illa sunt vasa preciosa que redimunt animam a morte. insuper confortando ⁊ consolando infirmos. recipiendo peregrinos. speliendo mortuos plurimum meremur. **D**iusmodi autem opera misericordie sunt ad salutem necessaria: qm̄ qui ea non compleuerit in die iudicij a domino reprobabitur ⁊ cōdemnabitur vt dicitur mathei. xxv. Ite maledicti in ignem eternū. q̄ esuriuit ⁊ non dedistis mihi manducare. quicūqz ḡ opera misericordie dum viuit exercere minime cupit: iam iudicatus est dimisna iusticia comprobate: vbi supra. **C**onstrue fac septem pia facta. i. opera misericordie corporea pauperibus. pasce famescētes. i. famem patientes. pota sitientes nimium. indue nudatos. i. redime captos de corpore. conforta egros. i. infirmos. collige portas. i. intra portas tue dom⁹. pegrinos. i. pauperes extraneos. sepeli defunctos. i. mortuos. sumes. i. accipies. sic gaudia celi.

De opib⁹ misericordie spiritualib⁹.
Septē fac opera pia spiritualia dicta
Corrigē peccātes: ac instrue pauca sciētes
Consule non dñis: exora pro tribulatis
Conforta mestos: porta patiens onerosos
Offensas sponte ledenti corpus remitte;

Dec est quindecima huius capituli pars: in qua tractat autor de septem operibus misericordie spiritualibus dicens q̄ septem sunt alia opera misericordie q̄ spiritualia dicūtur: et ad quas tenemur s̄z⁹ possibilitem nostrā videlicet corrigere peccātes. docere ignorantēs. consulere insipientibus. orare pro existentibus in tribulatio- ne. consolari desolatos. sustinere patienter viros onerosos. remittere facile et propria voluntate iniuriam ab alio factam tam.

verbalem & corporalem: de quibus operibus vide mathesi. xxv.

Con. I fac septē opera pia dicta spiritualia & corrigē peccātes: ac
pro & instrue scientes pauca. consule. i. consiliū dā nō doctis.
id est ignorātibus. Exora pro tribulatis. conforta mestos. i. tristes
tu existens sup. patiens porta. i. tollera onerosos. remitte spon-
te offensas ledenti corpus.

De elemosina quib⁹ pdest & qn̄ debz fieri.

Si tibi sit mltā studeas dār mltū frequēter

Si tibi sit modicū da iuxta posse libenter

Si nō sufficias dāf saltē sit prōptavolūtas

Si dare nō poteris saltez pro velle mereris

Tēpus confirmat elemosina federa firmat

Cristo consiliat dantes acrimine seruat

Crimina mortificat redimit penāq; relaxat

Orates cōseruat miseros semperq; visitat

Oia multiplicat bona: pro donātib⁹ orat

Demois expugnat frauds a morteq; saluat

Prodest defunctis purgāti carcere vīctis

Hic cui das munus sit v̄l videatur egenus

Res quā das propria tua sit: crist⁹ tibi cā

Da bōa dū tua sūt qr nūc data pl⁹ tibi psūt

Quam si pberes cum non retinere valeres

Erras si speres q te plus diligat heres

Sub terra positū q tu te diligis ipsum

Chic est sextadecima hui⁹ capi. pars: in qua tractat autor de ele-
mosyna docens quib⁹ prodest & quādo fieri debeat. dicit igitur q
qui multa bona habet debet frequēter dare elemosynam & abun-
danter. qui vero parum habet: libenter tamen parum dare debet.

qui autem nihil habet debet habere voluntatem dandi si potesta
tem haberet: et sic ex tali velle sine opere meretur. Elemosyna enim
multum commendatur in pluribus locis sacre scripture. Ipsa enim
confirmat tempus. Penitentia est fedus firmum reconciliationis
peccatorum. preseruat a peccato. mortificat crimina. tollit penam
peccatorum. graciam conseruat. pauperes sustinet. omnia bona
spiritualia et corporalia multiplicat. Orat pro eo qui eam facit. re
pellit fraudes demonis et seruat hominem a morte eterna. prodest
plurimum defunctis carcere purgatoriis detentis. Facienda est ele
mosyna pauperibus et egenis vel saltem his qui reputantur legeni
cuicunque sint mendicantes. res que datur pro elemosyna debet esse pro
pria ipsius datus. Et causa donationis debet esse amor Christi primo
et principaliter. Item multo melior est elemosyna facta in vita cuicunque
bona sunt in potestate quod sit ea que iubetur et ordinatur ex testame
to vel alias dari post mortem. Plerumque etiam contingit quod heredes
non integre universaliter per singula complent voluntatem de
functorum post mortem. Quare multo melius est dare in vita quod re
linquere heredibus donandum. Error enim maximus est opinari
heredem plus diligere testatorem quod ipsem testator seipsum dilis
gat aut dilexerit cum viueret. Quid autem sit elemosyna colligi po
test ex dictis salomonis. elemosyna est res sancta augens virtutes
iungens angelis et separans a demonibus. murus inexpugnabilis
vel scutum thobiam. Elemosyna est que a morte et peccato liberat ani
mam et non patitur ire in tenebras. Construe. Si multa bona
supradicta sint tibi: studeas dare frequenter multa. Si modicum sit tibi
da libenter iuxta posse. Si non sufficias dare: saltus voluntas prop
ta sit tibi mereris saltem pro velle si non poteris dare. elemosyna
confirmat tempus. firmat federa. consiliat dantes Christo seruat. cri
mina mortificat. crimina redimit: quod pro et relaxat penam. conser
uat grates. I.e. gratias quod pro et utilitat semper miseros. Multipli
cat omnia bona. orat pro donatibus. expugnat fraudes demonis
quod pro et saluat a morte. elemosyna prodest defunctis vincitis. I.e.
gatis carcere purganti. hic. I.e. ille cui das munus egenus pau
per vel videatur. I.e. appareat esse res quam das sit tua propria. Christus
sit tibi causa dandi supple da bona dum sunt tua: quod data nunc
prosunt plus ubi quod si preberes. I.e. dares cum non valeres. Id est
posses retinere. Erras si speres quod heres diligit plus te positum sub
terra: quod tu diligis te ipsum.

De scientia et ignorantia.

f. .ij.

Multi multa sciūt & se bene scire reliquūt
Temet cognosce dñm cognoscere posse ~
Tu melior fieres prorsus si te bene scires
Quā si negligeres te: cetera corde teneres
Discere ne cesses si doctor maximus essem
Nam per doctrinam poteris vitare ruināz
Non curans scire merito qđ scire tenetur
Si super hoc erret excusatus non habetur
Precipue regere qui debet sive docere ~
Est quasi vile pecus ignorās & quasi cecus
Cecus dicens cecū facit ipsū sternere secū

Dec est decimaseptima huius capi. pars: in qua tractat autor de scientia & ignorantia dicens & multi sunt homines plura scientes & semetip̄s ignorantes. Cognitio vero sui ipsius utilior ē quā cūq; alia cognitione. Melius est enim viro seipsum cognoscere & alia a se omnia cognoscere se pretermisso. Quare null⁹ debet cessare quin semper aliquid discat. Quis doctissim⁹ fuerit: quia doctrina scripturarum facit euadere ruinam eternam. Et qui in his que scire tenetur errauerit cuiz ea scire potuerit non excusat a culpa. Ignorans enim est sicut brutum animal: & veluti cecus qđ valde viciōsum est in eis qui debent alios regere & docere: quib⁹ necessaria est scientia. **A**utem scientia noticia rerum cum causa probabili vel necessaria. Ignorantia vero est defectus noticie eoruī que quis potest & tenetur scire. **C**onstrue. **M**ulti viri sciunt multa: et relinquunt scire bene se. Cognosce temet & posce cognoscere dominum. tu fieres melior si scires prorsus bene te: & si negligeres te et teneres. **I**.i. cognosceres | cetera | a te supple. | corde:ne | pro non:nd | cesses discere etiaz si essem maximus doctor. nam | pro qr: quia | poteris vitare ruinam per doctrinam | vir supple. | non curans scire illud quod tenetur scire: non habetur excusatus si erret, super hoc ignorans est quasi | .i. sicut | pecus | id est animal | vile | et est | quasi cecus. precipue | .i. maxime ille | qui debet regere: sive | pro vel: vel | docere. cecus | homo carens visu | dicens cecum facit ipsum ster

nere] id est cadere] secum.

De cōsilio et de experientia.

Omnia consilia tua sint in numine fixa
Te non precipitas si consilio domini stas
Consilio tracta maturo propria facta
Na cito peccabis quando nimius accelerab
Cōsule maiores prudentes et meliores
Att non deficias nec damnosus tibi fias
Consilium verum docet experientia rerum
Amplior in senibus est experientia sensus.
Si defendendo causam sumas vel agēdo
Hoc fac consulte ne cōsumas bona stulte

Dec est decima octaua huius capituli pars: in qua tractat autor de consilio et experientia dices q̄ omnia consilia nostra debet esse posita in deo: quia nunq̄ cadit consilium in deo fixum. **Q**uicunq̄ igitur nimis cito properando sine deliberato consilio aliquid facit: plerūq̄ delinquit. **C**onsulendi ergo sunt maiores prudentes et meliores: ne quis in agendis deficiat seu damnum patiatur. **V**er etiam consilium trahitur ex experientia rerum que maior est in senibus: quare sensus eorum melior crebro est. **I**nsuper si quis velut iudicio litigare siue actor siue reus fuerit: debet prius iurisperitos consulere: ne indebita sua bona consumat: quoniam iuris auspicia et fines dubia sunt ut in c. finem. de dolo et cōtumacia extra. **Q**uid autem sit consilium et de eius ordine habetur per doctores in capitulo significasti, de electione. et in canone. **S**ynodus. xvij. dist.

Construe] omnia consilia tua sint fixa] id est posita] in numine] id est in deo] non precipitas te si stas] cōsilio domini. **T**racta facta proprio consilio maturo] id est deliberato] nam] pro quia: q; pecabis cito quando accelerabis nimium. **C**onsule maiores prudentes et meliores: vt non deficias: nec fias tibi damnosus. experientia rerum docet verum consilium. Experientia sensus amplior] i. maior est] in senibus. **S**i sumas causam defendendo vel agendo fac hoc consulte: ne] pro vt et non] consumas stulte bona.

De intellectu.

Tunc intellectus hominis constat bñ rect9
Lū semper omne deū timet ac intelligit ipm
Ac recte credit et iussibus eius obedit
Sur intellectum teneas in nomine fixum
Sepe roges dñm qui cōfert hoc tibi donū
Hūc nō abscondas in terra sed bñ cōdas
Ut tibi donatū reddas domino geminatū
Sic quoq; lauderis a cristo nec reproberis

Dec est decimanona huius capituli pars: in qua tractat autor de intellectu. d. q; intellectus hominis tunc rectus est et verus cum deum intelligit et super omnia diligit: ac mandatis eius obedit nec non cuz omnia que sunt fidei firmiter credit. **I**gitur ponendum est primo intellectus noster quem rogare sepe debemus: quoniam ipse solus est qui tribuit intellectum verum in omni re. non autē a deo datum intellectum debemus abscondere sed potius manifestare: ut ex tanto dono fructum domino reportemus. **A**et sic a xpo laudas bimur nec reprobabimur: sed dicere poterim⁹. Domine quinq; ta- lenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum Mathei xxv. **E**t sic in nobis complebitur qđ in psalmo dicitur. Intellectus omnibus facientibus eum: quia deus intellectum dat parvulis.

Construe] intellectus hominis constat tunc bene rectus cuz ipse timet deum super omnes]. id ē ante omnia [ac] pro et [cum intelligit ipsum deum: ac] pro et [credit recte: et obedit iussibus]. i. preceptis eius. cur] i. quare teneas intellectum fixum]. i. fundatum] in nomine]. i. in deo] qui confert. i. dat] hoc donum tibi. Non abscondas hunc]. s. intellecum] in terra: sed condas]. i. edifices] bene: ut reddas domino donatum tibi geminatu: quoq; i. certe] lauderis id est laudaueris]. sic a cristo: nec pro et, et non: [non reproberis. i. non reprobaueris.

De sapientia.

Est immortalis sapientia spiritualis
Quāvis mundana fertur sapientia vana

44

Cristum diligere super omnia criminia flere
Abetē deum gerere peccata futura cōuere
Andū despicerē celestia corde tenere
Singula sic sapere sicut sunt sic et habere
Hec est sincera mentis sapientia vera
Exoptat supera sapiens et gaudia vera
Deūtitat scelerā mudi contemnit et era
Optima discernit a prauis criminia cernit
Omnia vult agere consulta recta tenere
Tunc est vicesima huius capituli pars: in qua tractat autor de sapientia dicens quod duplex est sapientia, scilicet spiritualis et mundana. Spiritualis est eternia et immortalis, mundana est fragilis et vana. Cetera autem sapientia est deum diligere, peccata ploare, semper deum per oculis habere, peccata fugere, mundum contemnere, cetera cōlestia diligere, et ea cōtemplari et desiderare ubi vera sunt gaudia vitare criminia et bona terrena despicerē. Sapiens enim bene scit distinguere bona a malis discernēs criminia nec incidit in ea. Que recta sunt tenet: et omnia facit cum consilio. **Vnde sapientia est habitus supernaturalis anime a spiritu sancto infusus ad deum cognoscendum et saporem diligendum.** Ideo sapientia recte dicta est sapientia scientia sacerdotum Isidorum libri ethymologiae. Construe sapientia est spiritualis et immortalis: quis sapientia mundana fertur, scilicet dicitur vana, diligere Christum super omnia, flere criminia, gerere deum mente, cōuere peccata futura, despicer mundum, tenere corde cōlestia sapere, scilicet intelligere, sic singula: et habere ea sicut sunt, hec est vera sapientia mentis et sincera. Sapiens exoptat, scilicet valde exoptat supera, scilicet superna, et vera gaudia, sapiens deūtitat scelerā mundi, et contemnit era mundi, scilicet pecunias. Sapiens id est dividit optima a prauis, cernit criminia sapiens vult agere, consulte omnia et tenere recta.

Capitulum

De paupertate.

Paupertas grata virtus est magnificata
Lui sunt collata regna celorum beata

Pauperies leta stat multa laude repleta
Cor leuat ad cristuz: qz mūdū nō amat istū
Spernet terrena: paradisi sperat amena
Paruo contenta patiens non'est violenta
Quāvis induita male sit stat libera tuta
Nemo dico lete viuit sine lite quiete
Aix aliquē ledit: humilē mētē quoq; reddit
Carnē cōpescit: qz nō bene pasta macrescit
Hunere ditatur diuino fine beatur
Est humilis talis pauper sit spiritualis
Nam nō inflatur quare super astra leuatur

De c. xxij. huius capituli pars: in qua tractat autor de paupertate dicens q paupertas est magna virtus deo multum grata: qz elegit pauperes sibi parentes. s. apostolos et voluit pauper apparet mathei. viii. **V**ulpes foueas habent zcl. filius hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Pauperibus enim dedit xp̄s regnum celeste mathei. v. beati pauperes spiritu quoniam ipsorum ē regnum celorum. Laudabilis est paupertas: si leta et iocunda est, nam facte pauper eleuatur in deum: eo q non diligit munduz istum: et spernit terrena sperans habere celestia. Pauper est contentus modicare, nemini infert violentiam quia patiens est. Pauper libertate se curam habet: Quis aduersus eum sint aliquando iudicia seu partes federis. Pauper letus quietus viuit sine lite humilis est: et aduersus neminem insurget. carnem domat suam viuens tenue: sed divicie illius sunt munus glorie dei in qua sperat beatificari. Pauper in xp̄o qui dicitur spiritualis semper est humilis: quare tandem a deo exaltatur. Qui exaltat humiles luce p^o. Notandum tamen q triplex est paupertas. Prima est coacta et necessitate inducta in his qui vellent diuites esse sed nō possunt. Alia est ficta: vt in ypocritis qui fingunt se pauperes ut aliquid eis detur. Alia est vera voluntaria et spiritualis paupertas: de qua hic loquitur. Con. I paupertas grata est virt^o magnificata. i. magna: cui paupertati regna celorum beata sunt collata. i. data pauperies. i. pauper-

tas] leta stat repleta multa laude. leuat cor ad cristum: qui non amat istum mundum. spernit terrena: sperat amena]. i. delectabilia paradisi] paupertas est contenta paruo. est patiens. non est violenta quis induita sit male. stat tamen libera] et tuta. dico [q] nemo vivit lete sine quiete] et cum] lite pauper ledit vix aliquem: quoqz] pro et paupertas reddit mentem humilem: comedens carnem: quia caro non bene pasta]. i. nutrita] macrescit. paupertas ditatur munere diuino et beatur]. id est beatificatur] fine. talis pauper] qui Let sic spiritualis est humilis. nam [pro quia: qz] non inflatur: que re leuat super astra.

De humilitate.

Sis humilis mente verbis factis retinēs te
Sis humil' gestu semp meditādo qui es tu
Nullū cōtemnas sed te: mūdū qz spernas
Speme tecz spemi noli laudatus haberi
His gradibz quinqz referes hūilis bōavite
Quāto dignior es humilis poti⁹ fore obes
Qui non est humilis confundet quasivilis
Cerne quid es qd: eris hūilis sic efficieris
vile cadauer eris: hoc ergo freqñs nūditeris
Subdi maiori decet equali minoric⁹
Sic humiles grati cristo sunt associati.

Dec est vicesima secunda huius capituli pars: in qua tractat autor de humilitate dicens q humilitas quā quisqz debet habere consistit in mente: verbis: factis: et gestu: que prouenit cum quis meditatur quid et qualis est: et sic in se respiciendo nullaz inuenit superbie occasionem. humilis enim neminem spernit preter seipsum et mundum: nec tamen ab alijs vult spemi vel laudari. **A**sti sunt quinqz gradus humilitatis per quos vita efficitur bona. Nam homines maioris dignitatis debent esse maioris humilitatis: quam superbus omnis reputatur vilis: et omnibus est odiosus. humilitas namqz prouenit cum quis attendit quis est: quid erit:

quoniam vile cadauer unusquisq; nostrum erit. Frequenter igitur
debemus in his versari: quia reuocat nos a peccatis. Insuper ves-
tus humilis subiicit se maioribus suis: equalibus et minorib; sibi
sq; preceptum beati petri prima petri.ij. Subditi estote omni hu-
mane creature propter deum: humiles ergo sunt omnibus amabi-
les: et deo maxime grati: quare xpo tandem in patria assitantur.
Aduertendum tamen q; duplex est humilitas. scilicet ficta de qua dicitur
ecclesiastici. xix. Est qui nequiter humiliat se: et interiora eius plena
sunt dolo. alia est vera de qua hic loquitur: et est amor dei usq; ad
contemptum sui et mundi. Construe [S]is humilis mente retinens
id est custodiens te verbis et factis. sis humilis gestu corporis: me-
ditando semper quis tu es. nullum pro non et ullum: non [con-
te]nas ullum: sed spernas te. quoq; pro et [mun]dum: q; pro et [sper-]
ne te sperni. noli haberi laudatus tu sup. [h]umilis referes bona
vite his quinq; gradibus. debes potius fore humilis quanto es
dignior. ille sup. [qui non est humilis confunditur quasi vilis. Fer-
ne quid es: quid eris: efficeris sic humilis. eris vile cadauer. eris
go mediteris frequens. i. frequenter [hoc docet subdi maior. q; p-
et] equali et minor. humiles grati sunt associati sic cristo.

De mititate et mansuetudine.

Sis animo mitis ut odorē des quasi vitis
Esto mansuetus ac simplex atq; quietus
Hec faciunt hominez dñō simileq; placētē
Nō ēddas pāuis malefacta sed esto suavis
Hoc tibi dat meritū de 9autē punit iniquū
Lū mag[is] es dign⁹ debes mag[is] eē benign⁹
Nam q; fit idign⁹ domini pietate malign⁹

Hec est vicesima tertia huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de mititate et mansuetudine dicens q; per mititatem animi effi-
citur homo in conspectu dei et viorum velut odor vitis qui valde
placidus est. per mansuetudinem vero est homo simplex et pacifi-
cus: et per hec omnia efficitur homo solers ac placens deo. Mans-
uetus vero et mitis non curat aliorum malefacta ad animuz reuo-
care vindicando se: sed suanis est: et inde magnum acquirit meri-
tum. deus enim punit omne iniquum. Maioribus etiam dignitatis

16

homines debent esse benigniores: quoniam si maligni forent in dignos dei misericordia se facerent: q[uo]d nō est dignus misericordia qui eam nō fecerit. ideo xps dixit mathei. xvii. Nunquid oportuit te misereri conserui tui: sicut ego tui misertus sum. **Vititas seu mā**
suetudo est modesti animi tranquilitas: que nulla rerum agitatio
ne turbatur. Contrue **G**is mittis animo: ut des odore deo quasi
vitis. Et māsuetus: ac [pro r] simplex: atq[ue] [pro r] quietus. hec fa-
ciunt hominem similem domino: q[uo]d [pro r] placentez. non reddas
prauis malefacta sed esto suavis hoc dat tibi meritum: aut [sid est]
certe **l** deus punit iniquum. **S**id est peccatum **l** debes esse magis be-
nignus cum es magis dignus. Nam [pro qr: quia] malignus fit
indignus pietate domini.

De fletu.

Si vis saluari: debes primo lacrimari **l**
Qui bene plorabit deus ipsum letificabit
Fle pro peccatis et pro miseriis tribulatis
Pro desiderio paradisi flere memento **l**
Si n̄ das lacrimas ipas optādo gemiscas
Lū de corde venit dñm/mox lachryma lenit
Ahētē letificat lachryme: peccamia purgat
Et cristū placant paradisi gaudia donant
Dec est vicesimaquarta huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de fletu dicens. **Q**ui vult saluari debet in hac valle miserie de-
plorare mala que cōmisit: tribulationes et pericula que contingunt
et contungere possunt ut dicat cum sapiente. similem vocem homi-
nibus emisit plorans. Promisit enim deus consolationem lugen-
tibus mathei. v. **B**eatū qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur.
plorandum igitur est propter multa. primo pro peccatis et tribula-
tione misererorum ut dicit apostolus ad galatas. xj. **Q**uis infirmat
et ego non infirmor: quis scandalizatur et ego non vro: Item plo-
randum est pro desiderio paradisi a quo vita presenti separati su-
mus: veluti dicebat beatus paulus ad Ro. vii. **I**nfelix ego: quis
me liberabit a corpore mortis huius. **L**ugio dissolui et esse cu[m] xpo
Lachryma etiam pacificat xpm quando a corde bono procedit:

Sedine
Divina

quaꝝ cum quis non potest habere: debet tamen in corde suo genit
tus habere. nam lachryme faciunt mentem hominis letam: et pur
gant peccata: pacificant xpm: et donant paradisum. Aduertenduꝝ
tamen q̄ est quidam fletus deceptionis ut ait ouidius de multeri
bus dicens. Ut flerent oculos erudidere suos. Alius est fletus in
debita cōpassionis de quo dicit augustinus: q̄ ipse cogebatur plo
rare dydonis mortem que se oecidit ob amorem. Alius est fletus
denominationis de quo dicitur psalmo. vj. Lauabo per singulas
noctes lectum meum lachrymis meis stratum meū r̄. Cōstrue
Ltu debes lachrymari primo si vis saluari. deus letificabit ipsum
qui bene plorabit. fle. i. plora pro peccatis et pro miseric̄ tribula
tis. memento flere pro desiderio paradisi. si non das lachrymas;
gemiscas optando ipsas. Lachryma lenit mor. Id est statim l̄dos
minum cum venit de corde. lachryme letificant mentem. purgant
peccamina et placant xpm et donant gaudia paradisi.

De virginitate et castitate.

Sis mūdus corde verbis factis sine sorde
Ut dñm vere possis sup astra videre
Mundicie vitā virgo tenet et benedictam
Dicitur angelic⁹ merito vir virgo pudicus
Virginitas flores virtutum fert et odores
Hūanos mores trāscēdit et auget honores
Propt̄ maiores mūdanos spernit amores
Si virgo non sis castus tamē esse teneris
Quiuscūq; status quis sit debet fore castus
Si nō sis castus nemo poterit fore sanctus
Nō sunt fedati sed mūdi corde beati.

Hec est. xxv. huius capi. pars: in qua tractat autor de virginita
te et castitate dicens Qui vult deum videre in terrena beatitudine
debet ab omni sorde cauere et mundiam cordis verbis et factis
tenere. Ille enim dicitur vir angelicus qui virgo est benedictus:
quoniam virginitas est flos virtutum et odor morum omnium hu-

manorum.superat enim honores:quos etia; auget.spernit enim
virgo mundanos amores:quia sperat maiores.s. celestes.**Tene-**
mur igitur omnes ad castitatem:licet non habeamus virginitatem
quoniam nemo saluabitur sine castitate:que potest etia; inter uxo
ratos obseruari ut in.c.**Nicena tricesimaprima distinctione.****Beati**
etiam sunt saluati omni labore corporis et anime mundati.mundicia
vero est virtusq; hominis integritas divini amoris intuitu obser-
uata non ad vanam gloriam.de qua xpus mathei.xiiij.**Ne** vobis
scribis et phariseis qui mundatis quod de foris est:intus autem
pleni estis rapina et immundicia.**Construe** **S**is mundus corde
verbis et factis:et sis sine sorde ut possis videre dominum sup astra
virgo tenet vitam mundicie et benedictam.vir pudicus et virgo di-
citur merito angelicus.virginitas fert flores virtutum et odor.**[Vir-**
ginitas] transcendit mores humanos et auget honores.**[Vir-**
ginitas] spernit mores mundanos propter amores maiores.**Si** non
sis virgo:tamen teneris fore sic est esse **[castus]**.quis debet esse ca-
stus cuiuscunq; status fuerit.**N**emo poterit esse sanctus si non sit
castus.**B**eati non sunt fedati **[i.e.]** maculati sed sunt mundi corde.

De pace.

Esco pacificus et pacis semper amicus.
Cum cunctis pacem teneris habere tenacem
Cristus pacificus dicit sermone beatus
Nascens portauit pacem:moriens reparauit
Surgens induxit pacem testando reliquit
Conserua triplicem cristo fratri tibi pacez
Hostes pacifica feda prudenter iniqua
Pax conservet letam vitaz menteq; quietem
Sedat ratores fouet et augmetat honore
Pec est vicesimasexta huius capituli pars:in qua tractat autor
de pace dicens q; exemplo criti debemus esse pacifici et pacis ami-
ci cum omnibus et semper.**N**am pacificus vir habet benedictionem
a cristo et beatitudinem ut dicitur **[Mathei quinto].****B**eati pacifici.

Per Christus enim in sua natiuitate pacem mundo contulit et sua morte pacem reparauit: sua resurrectione pace induxit, et in suo testamento discipulis pacem reliquit dicens. **P**acem meam do vobis. **T**riplacem autem pacem habere tenemur. scilicet cum christo: cum fratre proximo: et cum nobis ipsis in conscientia. **P**rudenter autem debemus hostes nostros nobis pacificare: feda et iniqua relinquentes. **V**ita enim pacifica iocunda est et quieta. tollit rancores et auget et nutrit homines. **N**ota quod **librum compendium theologie** **pax** est status virtutis in quo est delectatio in deo sine contradictione carnis mundi et dyaboli: ideo pacifici quantius ad opera interiora deo magis approximantur et misericordes: ideo filii dei vocantur. **C**onstruet **E**sto id est sis pacificus et esto semper amicus pacis. teneris habere pacem tenacem cum cunctis. **C**hristus dixit sermone. pacificus es tu super. **I**beatus. **C**hristus nascens portauit pacem et reliquit eam testando. **C**onserua triplicem pacem. scilicet christo: fratri. et tibi pacifica hostes: et pacifica prudenter feda et iniqua. **P**ax confert sicut dat **I**vitam letam: quod propter et mentem quietam. **P**ax sedat sed id est pacificat rancores: fouet et augmentat homines.

De patientia.

Agit paciens esto nunquam sis corde molesto
Nemo sui dominus fertur patiens nisi verus
Seruat prudenter animam viues patienter
Nam flores cunctorum fertur sapietia morum
Fer mala cum pausa: nemo patitur sine causa
Nuavis hic multa patiatur homo sine culpa
Hic homo torquebit ut sic patiendo probetur
At menses purgetur ut premia plura lucretur
Ne sublimetur ut christo gloria detur
At preseruetur ne perpetuo crucietur
At mala prudenter tua portes et patienter
Inspice maiores aliorum sepe dolores.

Dece est vicesima septima huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de patientia dicens q̄ null⁹ est verus sui dominus nisi patiens
sit ergo quilibet nostrum patiens nullas molestias inferens. quo-
nam qui patienter viuit prudenter vitam conservat. Nam patien-
tia est filos omnium virtutum. **I**gitur pacienter sustinere debemus
mala que nos hic premunt: attendentes q̄ nihil patimur sine cau-
sa: licet aliquando bene patiatur aliquis sine culpa. Nam torque-
tur aliquando homo vt probetur a xp̄o per patientiam. aliquan-
do vero vt mens et cogitatio eius purgetur. **Q**uandoq; etiam vt
plus mereatur per virtutem patientie. **I**tem vt non superbiat: sed
dei gloriam querat: et vt preserueretur a pena eterna. **P**rudenter ḡ
sustinere debemus tribulationes nostras et patienter aspiciendo
proximorum nostrorum maiores tribulationes. **N**ota q̄ patientia
est virtus equanimiter portans contumelias et aduersitates: de
qua xp̄us luce tertio. **In** patientia veltra possidebitis animas ve-
tras. **C**onstrue. **E**tio id est sis. **V**ir patiens: nunq; pro non et
vnq; nō sis vnq; corde molesto. nemo fertur s.i. dicitur verus do-
minus sui nisi patiens. **V**ir supple. **V**iagens patienter teruat pru-
denter animam: nam pro quia: quia patientia fertur id est dicitur
[flos cunctorum morum. fert id est sustinet] mala cu; pausa: quā
vis id est licet: licet homo patiatur hic multa sine culpa. homo
torquetur hic vt probetur patiente sic: vt mens purgetur: et vt
lucretur plurima premia: ne pro vt et non, vt non sublimetur s.i.
non superbiat: vt gloria detur cristo vt preserueretur: ne pro vt et
non: vt non crucietur perpetuo. inspice sepe dolores aliorum ma-
iores vt portes prudenter et pacienter tua mala.

parvissima

De obedientia.

Debet obedire dño quicunq; subire
Ault regnum celi parendo corde fideli
Qui non parebit celesti sede carebit
Qui bene parebit paradisi munus habebit
Act nequeas ledi maiori semper obedi
Qui tibi constaret q̄ nō licitum oneraret
Non est illicitum iussum maioris agendum

s .i.

Est semper domino parendū cūcta regenti
Plusq; prelato iustum non precipienti

De cœlesti dicitur pars: in qua tractat autor de obe-
dientia dicens. **Q**ui vult intrare regnum celeste debet obedire deo
primo: et mandata eius tenere: quoniam qui non obedierit deo da-
nabitur perpetuo: et carebit celesti regno. **O**bediendum est insuper
maioribus et superioribus nostris et prelatis ecclesiasticis et prin-
cipibus secularibus. **I**ntelligendus tamen est de rebus licitis que
non contradicunt legi diuine. **S**ubditus enim non tenetur obedire
superiori in rebus illicitis que contrariantur legi diuine: quoniam
deo magis et hominibus obediendum est: quoniam omnia creata
velint nolint sunt in potentia obedientiali creatori ut dicit scotus
in quarto sententiarum. **S**i ergo omnis creatura obedit deo creatori
suo: ad hoc multo magis homo tenetur cum sit perfectior. Dicitur
enim baruth. in. **S**telle vocate sunt: et dixerunt assimus. **U**nde no-
ta et obedientia est spontaneum et rationabile proprie voluntatis
sacrificium propter dei cultum. **C**onstrue. **Q**uicunq; vult subire
id est intrare regnum celi debet obedire domino parendo corde fi-
deli. **s**ille sup[er] qui non parebit [id est obediens] carebit sede celesti. **i**lle sup[er]
qui parebit bene habebit munus paradisi. Obedi semper
maiori ut nequeas ledi: ni[psi] pro nisi: nisi constaret [id est clarus]
esset [tibi et oneraret]. i.e. preciperet non licitum. iustum. [id est pre-
ceptum] maioris illicitum non est agendum. parendum est semper
domino regenti cuncta plusq; prelato non precipienti iustum.

De contemplatione et vita actiua.
Contemplare bona celi poscens tibi dona
Jugiter eterna confecti sede superna
Ut sic terrena spernas pro luce serena
Dicitur actiua bona vita bonum faciendo
Contemplativa melior est celsa petendo
Martha bona parte suspsit domino famulando
Magdalena tamē meliore fert speculando

Cur speculatiuus sis in dño bene viuus
Sancta gerēs opera sic sumes gaudia ḫa

Vna g
Artin
¶ **Nec est vicesima nona huius capituli pars: in qua tractat au-**
tor de duplice vita scilicet contemplativa et activa dicens. **Q**ue vita
contemplativa est considerare bona celestia et ea sibi desiderare in
patria celesti que est perpetua et eterna: ita quod pro luce serena acqui-
renda omnia terrena veniunt spernenda et tandem deserenda. **A**cti-
ua vero vita est bene agere in omnibus operibus terrenis et mun-
danis iuste et sancte. **N**ec autem due vite figurantur nobis a domi-
no luce primo. scilicet per mariam magdalenam que significat vi-
tam contemplatiuam: quia semper speculabatur altissima dei ope-
ra: et ideo dicitur de ea quod melioram partem elegit que non auferet
tur ab ea. **P**er martham vero significatur nobis vita activa: quo-
niam ipsa seruiebat domino ministrando corpori necessaria. **Q**ui-
cunqz igitur erit viuax in deo contemplatiuus cuz opere bono hic
merebitur gaudia sempiterna. **D**e his duobus modis viuendi et fi-
gura eorum et quis ipsorum melior sit satis habetur in. c. nisi cum
pridein. de renunciatione in antiquis. **L**onstruel Tu poscens
id est querens [bona tibi contemplare] id est considera [bona celi
conferri iugiter sede superna] id est eterna [ut spernas sic terrena
pro luce serena]. **A**ctiva vita diciw bona faciendo bonum. con-
templativa est melior petendo celsa [id est alta] **M**artha [id est illa fe-
mina] sumpsit partem bonam famulando [id est seruiendo] domi-
no: tamen magdalena fert melioram partem speculando [id est co-
templando] celestia. cur [id est quare] sis speculatiuus. viuus bene
in domino gerens sancta opera sumes sic gaudia vera.

De oratione.

Sedulus exora dñm reuerenter adora
Ut sibi te gratum faciat nūc postqz beatum
Sepe deū placat oratio: cor bene mundat
Hostes exuberat celos penetrādo subitrat
Eristo presentat que poscens sedul9 optat
Auxiliu3 prestat his quos tribulatio vexat

~~pp. et pellit pueri affixa ei disperdet. p. 2. m.~~
~~pp. et pueri pueri statim esse et pueri modis. 3. m.~~
Nos deus orare iussit simul et vigilare
Discipulis formam dans orandi quam normam
Que breuis est digna teneti se cuncta petenda

Pec est tricesima huius capituli pars: in qua tractat autor de oratione dicens quod attente debemus deum orare et reverenter adorare quatenus nos hic gratos faciat: et postea beatos in celis efficiat. **O**ratio enim multa facit bona: quia deum sepe pacificat: quod patet de moysi orante pro populo israel: ne dominus eum disperderet: ut exodi. xxiij. **S**iem oratio purgat cor orantis: hostes vincit: celos intrat: deo presentat ea que orans desiderat: et magnum auxilium dat his qui sustinent tribulationem. Quare deus precepit nos orare: et in oratione vigilare: dans nobis modum orandi: et oratio nem ipsam constitutens que breuis est et dignissima in se continet: que nobis petenda sunt ut mathei sexto dicit. sic orabitis. Pater noster rc. **O**ratio autem est elevatio mentis in deum mirabilia dei enarrando: et defectus seu tribulations nostras insinuando. beatus Thomas in quarto di. v. dicit quod oratio est pius mentis affectus in deum tendens: et plerumque ne pigritetur in vocem prouumpens. **Q**uecumque queri possunt de oratione traduntur in clementina vniuersitate de reliquijs et veneratione sanctorum in glosa vide ibi. **C**onstrue Tu sedulus. i. attentus exora dominum et adora reverenter ut faciat nunc te gratum sibi: quod pro et beatum post in parado supple. **O**ratio placat sepe deum oratio mundat bene cor. exuperat id est vincitur hostes: et subintra celos penetrando oratio presentat christum eam que sedulus poscens id est orans optat oratio prestat id dat auxilium his quos tribulatio vexat. deus iussit nos orare et vigilare simul dans formam discipulis orandi: quoque pro et normam. Que forma orandi est breuis et digna: et tenet. i. continet in se cuncta petenda.

Septez petitiones orationis dominice.
O pater in celis regnans te posco fidelis
Nomen primo tuum sit semper magnificatum
Adueniat regnum tuum celeste benedictum
Velle tuum terris per nos fiat ut in altis

Da panem nostrū nunc nobis quotidianū
Et parcas nobis mala sicut nos inimicis
Et si tentemur non permittas superemur
Sed nos a cūctis malis defende et iniquis.

Hec est tricesima prima huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de septem petitionibus orationis dominice dicens. **E**go tenēs
fidem posco te patrem meum in celis regnantez: hec est prima par-
ticula huius dominice orationis. **S**econda est. Nomen tuū sit sem-
per et primo magnificatum. **T**ertia est. **A**duentiat id est detur mihi
regnum tuum celeste benedictum. **Q**uarta est tuum velle per nos
xpianos fiat in terris sicut in celis. **Q**uinta est. **D**a nobis panem
nostrum quotidianum. **S**exta est. **P**arce nobis mala que fecimus:
sicut nos indulgemus malefactoribus nostris. **S**eptima et vltima
est. **S**i temptemur a nostris hostibus defende nos ut nō vincamur
ab eis. **I**n hac enim oratione dignissima quā deus pro nobis et no-
stra vultate dignatus est facere: septem sunt petitiones que corre-
spondent septem donis spiritus sancti. **L**onstrue. **O** pater regnās
in celis. ego fidelis posco. i. oro. te nomen tuum sit primo magni-
ficatum semper. **T**uum regnum celeste benedictum aduentiat. **I**git
mihi supple. **T**uum velle fiat per nos in terris: ut. i. sicut: sicut
fit in altis. i. in celis. **O** pater. da nunc. id est hodie. panem no-
strum quotidianum nobis et parcas. In nobis mala que cōmisimus
sicut nos. spepercimus. inimicis. nostris. Et nō permittas. q[uia] su-
peremur si temptemur: sed defende nos a cunctis malis inquis.

De conditionib[us] orationis.
Sit deuota gemens oratio sit pia seruens
Pura sit assidua discreta sit ac operosa
Justa sit ac humilis attenta sit atq[ue] fidelis

Hec est tricesimasecunda huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de conditionibus orationis dicens: q[uia] oratio debet esse deuota
cum lachrymis seruens et pia: pura sine peccato: continua: discre-
ta: laboriosa cum alijs operibus bonis: iusta: humilis: attenta et
fidelis: et inter cetera debet esse brevis ut dicit xps. **N**olite orantes
multum loqui. parua enim oratio cum deuotione melior est q[uia] lon-
ga sine deuotione de conse. di. v. c. **N**on mediocriter. **L**onstrue,

Ioratio sit devota gemens. sit pia et seruans. oratio sit pura: assit
dua. i.e. continua. discreta: ac pro et operosa. oratio sit iusta et hu-
milius attenta: atque pro et fidelis.

De ieiunio et quoniam debet fieri: et de precepto.
Abstineas seruans ieiunia nulla relaxans
Quae iubet ecclesia seruari scilicet ista —
Vult christus natus: ascensio: spiritus almus
Sumpta dei genitrix ieiunando venerari
Ante diem festi necnon et apostolus omnis
Exceptis iacobo: philippo: sicque iohanne
Cum quadragesima iungant tempora quarta
Et que pontifices in sede sua statuerunt —

Dec est tricesimatercia huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de ieiunio ostendens quando debeamus ieiunare ex precepto
ecclesie. Dicit igitur quod ieiunia hic posita sunt de precepto ecclesie
quare sine relaxatione ab omnibus obseruari debent. primum est
ieiunium nativitatis dominice. secundum ascensionis domini. ter-
tium penthecostes. quartum assumptionis beate marie virginis.
quintum est omnium apostolorum: exceptis tribus. scilicet iacobo: phi-
lippo et iohanne. sextum est quadragesime. septimum est quatuor
temporum. octauum est ieiunium romanorum pontificum nouiter
introductum si quod fuerit. possunt enim romani pontifices consti-
tuere sub pena culpe mortalis tenentur subditi obedire ut in c. si
quis. de maiestate et obedientia. de temporibus et ieiuniorum et so-
lennitatibus ieiuniorum habentibus vide plene in c. ii. de obserua-
tione ieiuniorum. **C**onstrue tu seruans ieiunia: nulla pro non
et villa: non relaxans villa ieiunia que ecclesia iubet seruari. ab-
stineas id est abstinentiam seruies: scilicet ista que sequuntur: na-
tus christus id est nativitas christi ascensio christi spiritus almus
id est sanctus scilicet penthecostes sumpta id est assumptione vulc
id est volunt venerari ieiunando: ante diem festum scilicet in vi-
gilie necnon id est etiam omnis apostolus: iacobo: philippo: qz. pro et iohanne exceptis sic. Quarta tempora iungantur cum quas

21

dragesima] et ieiunia sup. que pontifices] scz romani] statuerunt
in sua sede]. i. in sua dignitate] volunt venerari ieiunando.

Quomodo debet fieri ieiunium et de consequētibus ad ipsum.

Hum ieiunabis horam non anticipabis
Crimina vitabis: epulis te non onerabis
Pauperib⁹ dabis dñm laudando rogabis
Carnem castigant ieiunia: crimina vitant
Ac mentē relevant faciunt dñ oq; placente
Donant virtutes ⁊ premia dantq; salutes

Vece est tricesima quarta huius capituli pars. in qua tractat au-
tor quomodo debet fieri ieiunium: et etiam de consequētibus ad
ipsum dicens q; is qui ieiunat non debet anticipare horam: scilicet
meridianam nec debet nimiuz comedere: sed pauperibus aliquid
donare. orationi vacare carnem castigando. crimina vitare. ieiuni-
um enim deuotum eleuat mentem in deum: ⁊ facit eam deo placē-
tem: ⁊ acquirit virtutes ⁊ premia eterna. **T**ota q; sicut hora non
est anticipanda in ieiunio: ita nec differenda maxime vsq; se o:sis-
cut sit a quibusdam in vigilia nativitatis domini: quoniam talis
videtur ritus paganorum. notatur de consecratione distinctione
quinta. **S**int tibi. **L**onstruel non anticipabis. **I**d est ante capies
horam. **S**olidam ordinatam supple] cum ieiunabis vitabis. **I**d est
fugies] crimina. Non onerabis te epulis: q;] pro et] dabis paupe-
ribus. rogabis dominum laudando eum. ieiunia castigant car-
nem: vitant] id vitare faciunt] crimina: ac] pro et] relevant men-
tem: q;] pro et] faciunt] mentem] placentem domino] ieiunia] do-
nant virtutes: ⁊ dant premia: q;] pro et] salute] eternas.

De verecundia.

Vsto verecundus si vis fore criminē mūd⁹
Rubeas fari res turpes ac operari
Custos virtutuz pudor est qtra mala scutū

Virtutū florem perdis perdendo ruborem
Nō tamen erubeas tātū q̄ cōmoda liquas
Que debent fieri seu crimina cuncta fateri
Nam rubor hic stult⁹ est crimē nō bōa vt⁹
Sepe rubor generat scabiem q̄ nesci⁹ extat

Dec est tricesima quinta huius capituli pars: in qua tractat au-
tor de verecundia dicens q̄ duplex est verecundia. quedam est que
conseruat virtutes. alia est que celat criminā: et talis dicitur stulti-
cia. Qui vult ergo esse mundus ab omni crimenē debet habere ve-
recundiam dicendi et faciendi ea que sunt turpis et in honesta. ve-
recundia enim est custos virtutum: et scutum omnium malorum.
Qui ergo eam amittit florem omnium virtutū perdit. propter etiā
nimiam verecundiam non sunt utilia relinquenda maxime ea que
sunt licita. **N**on enim debet quis tantu[m] erubescere in confessione
q̄ non audeat peccata confiteri. **N**am talis verecundia diceretur
magna stulticia: et crimen apud deum reputaretur: et inde sequerē-
tur multa mala. **N**ota q̄ verecundia est bone spei nuncia; bone in-
dolis: index simplicitatis: columbine signum testis: innocentie: la-
pas pudicicie: gloria conscientie: custos fame et vite. **L**onstrue
Esto. i. sis. **V**erecundus si vis fore esse mundus criminē. Erubes-
as. i. verecunderis. **F**ari. i. loqui. **R**es turpes: ac. **P**ro et. **O**perari.
Pudor est custos virtutum. **P**udor est scutum. **D**efensio contra
mala. **P**eccata. **P**erdis florem iustum perdendo ruborem. **V**e-
recundiam. **T**ame[m] non erubeas. **N**ō verecunderis. **T**antū q̄ lin-
quas commoda. **V**tilia. **Q**ue debent fieri: seu. **P**ro vel vel q̄ lin-
quas fateri. **C**onfiteri. **C**uncta criminā. **N**am **S**pro quia: quia. hic
rubor stultus est crimen. non **I**est virtus bona. rubor generat sepe
scabiem: quia extat nescius. **I**. ignorans.

De veritate.

Sis verax opere: sis corde verus et ore
Alerat laudatur: sed mendax vituperatur
Verus doctrina sis iusticia quoq[ue] vita
Hec sep[tem] teneas nec propter scādala lingq[ue]
Nunq[ue] mentiri debes nec falsa tueri

At mala vitentur aliquando vera tacentur
Sed cū iurabis quod quāta q̄ scis reserab
Elerū non celes vñq̄ vel falsa reueles.

Dec est vicesimasexta huius capituli pars: in qua tractat autor de veritate dicens q̄ triplex est veritas. scilicet oris cordis et operis. hoc verax semper est laudandus: et homo mendax semper est vituperatus. Et ē alia duplex veritas videlicet doctrine vite et iusticie: que semper intemerata obseruanda est. Nūq̄ enim est mentiendum nec falsum est sustinendum. Aliquando tamen potest veritas sine do-
lo subticeri ut eviteretur aliquid grande malū sine tamen iuramento: quoniam in iureverando debet interesse veritas: nec debet occul-
tari aut falsum reuelari. Notandum tamen q̄ veritas proprie vite nūq̄ est relinquenda: quāuis veritas iusticie et etiā doctrine omittantur: maxime ubi scandalum imminet aut multitudo delinquē-
tium ut dicitur in c. nisi cum pridem de renunciatione in antiquis.

Construe] Sis verax]. i. verus] opere]. i. facto] sis verus corde
et ore]. i. sermone. homo verat laudatur: sed mendax vituperatur.
sis verus doctrina: iusticia: quoq; [pro et] vita. teneas semp hec:
nec [pro et et non: et nō] linquas propter scandala. Nūq̄ debes mē-
tiri nec tueri]. i. defendere] falsa vera tacentur aliquando ut ma-
la vitentur: sed reserabis quātaq; scis. cuī iurabis non celes vñq̄
verum: nec reueles falsa.

De modestia.

Non sis infestus in cūctis esto modestus
Optima res mod⁹ ē nā semp ad oīa pdest
Noli laxare linguā quoniam revocare
Nō poteris verbū quod dicis forsā acerbū
Norā quo dicas quid quō qn̄ requiras
Dicas dicenda docte sileas reticenda
Modice respōde pulchre taceas ve recede
Alt sic placetur qn̄ te maior habetur
Cū de maiore loqueris sis cautus in ore

Atere sermone moderato cum ratione **Q**ui spuit ad celum sputum fedat sibi vultum

Ecce est trigesima septima huius capituli pars: in qua tractat auctor de modestia dicens quod modus seu rerum modestia que semper in omnibus prodest: honestissima atque optima res est. Quicunqz igitur vult honeste vivere: debet modestus esse non immoderatus. Per modestiam enim lingua refrenatur quod laudabile est: quia verbum semel prolatum nunquam potest reuocari. Quare enim quis loquitur: attendere debet coram quibus loquitur: quid loquitur: quomodo et quando. Insuper prudenter aduertat que dicenda sunt et que tacenda. nam respondere debemus modeste pulchre et honeste vel omnino tacere debemus: maxime quando maioribus nostris loquimur. Videamus ne prouocemur ad iram: sed prouocatos pacificemus. Nam qui de maiore suo loquitur moderato sermone utatur. Plerumqz enim contingit quod qui de alio male loquitur in eo dissamatur: quia forte peior est illo aut ei similis: veluti contingit in eo qui ad celum spuit: quoniam seipsum sputo aspergit: et proprio facto maculatur. sic contingit ei qui immoderate loquitur. **E**t nota quod modestia secundum tullium primo rethororum est per quam pudor honestatis puram et stabilem comparat autoritatem. pudor autem est timor turpitudinis et fuga rei indecentis. **L**onstruel Non sis infestus [id est molestus sine inquietus] esto modestus [id est moderatus] in cunctis modis est optima res. nam pro quia: quia [prodest semper ad omnia. noli laxare linguas: quoniam pro quia: quia [non poteris reuocare verbum quod dicas: quod forsitan acerbum. id est malum] requiras coras quo tu dicas: quid dicas. quomodo dicas. et quando dicas. dicas dicenda. si leas docte reticenda] id est tacenda] responde modice] id est modeste [taceas pulchre: ve] pro vel: vel [recede: ut quando] quis [habetur maior te placetur sic. Sis cautus in ore cum loqueris de maiore. utere sermone moderato cum ratione. ille qui spuit ad celum sputum] id est saliuia oris] fedat [id est maculat] sibi vultum.

De legalitate.

Si vis in celis fore gaudes esto fidelis
Cunctis prefertur vir qui legalis habetur

84

Nō bene discernes nisi te ratiōe gubernes
Dia discerne que sunt bona vel mala cerne
Elige que bona sūt: s̄ respue q̄ nimis obsūt
Sis circumspectus ut nūq̄ sis male rectus
A Et sūt directa p̄ te que sunt male recta.

Dece est quadragesima prima hui^o capituli pars: in qua tractat
aut̄or de discretionē dicens q̄ discretio est nutrix et tutrix omnium
virtutum: quoniam eas nutrit et protegit. Discretus enim vir om̄is
nia facit cum deliberata ratione non precipitanter: et cum rerum
pondere seu mensura. discretio etiam rectissime distinguit inter bo
na et mala ut hec eligat. Illa vero respuat tanq̄ innocentia. Insuper
discretio hincinde et vbiq̄ que minus recta sunt dirigit. Nota q̄
discretio est mater aliarum virtutum ut in c. i. de officio custodis.
et in c. presentium. i. q. v. idem in cle. pastoralis. de re iudi. Con.
Discretio dicitur esse nutrix virtutum. discretio est insuper. i. ultra
Iutrix: quare non debet abesse. i. deficit esto discretus et fretus
id est munitus libramine. i. mensura rerum. non discernes bene:
nisi gubernes te ratione. discerne omnia. cerne que sunt bona vel
mala. Elige ea que sunt bona: sed respue ea que obsunt. i. nocent
Inimis. sis circumspectus hincinde aspiciens: ut nunq̄ pro non et
vnq̄: ut nō sis vnq̄ male rectus: et ea supple que sunt male recta
sint directa per te.

De prudentia.

Prouideas cura vigilanti sepe futura
Ne noceant cura que sunt caueas nocitura
Ac bona procura non spectas tēpora dura
Ne tibi quid desit prouisio prouida presit
Qui de vētūris nō prouidet extat inermis
Nō confundetur qui premunitus habetur
Nescit prodesse qui nescit prouidus esse
Prouidest plenus: improuidest extat egen⁹

Dec est quadragesima secunda huius capitulo pars: in qua tractat
aut^r de prudentia dicens q̄ vir prudens prouidet sibi de futuris
cum omni diligentia: ne scilicet noceant illi que futura sunt. Adeo
enim futuris rebus prouidet q̄ nulla futura possunt ei nocere: sed
prouisio per eum facta illi est utilis: quoniam qui sibi in futuris
non prouidet sepe plura aduersa patitur. prudens etiam semper
munitus est: et propterea nunq̄ confusus: sed omnibus bonis ple-
nus est. imprudentis enim pauper est et nullicet prodest: nec etiam sibi
ipsi. **N**ota q̄ prouidentia est futurorum consideratio h̄z rectitudi-
nem consiliū et precepti qua quis vitat futura mala: vel saltem ea
moderatur. **C**onstruet prouideas sepe futura cura: id est sollici-
tudine vigilanti. cura: id est caueat ne pro ut et non: ut futura nō
noceant. caueas ea que sunt nocitura: ac pro et non spectans tē
pora dura: id ē difficultas procura: id est acquire bona: ne pro ut et
nō: ut aliquid nō desit tibi. prouisio pūida prouide facta. i.e. a lō-
ginquo prospicit tibi. ille extat: id est manet inermis: id est sine ar-
mis: qui non prouidet de futuris. ille qui habetur premunitus. i.e.
munitus: nō confundetur. ille qui nescit esse prouidus: nescit pro-
dēre: id est proficeret. prouidus vir est plenus. imprudentis extat: id
est est legenus.

De largitate.

Sis largus parcus non vastator nec auar^r
Stat medio virtus: extrema tenet loca vir^r
Prodigus est dādo nimiū: cupid^r retinēdo
Larg^r dās dāda: parcus retinēs retinēda
Prodigus in vanis consumit cur fit inanis
Qui sua cōsumit eger: et post vndiq̄ sumit
Prodig^r est prauus: sed peior fertur auar^r
Nā quasi semp obest alijs nūq̄ sibi prodest
Quilibet excessus mal^r est: cur sit bñ p̄ssus
Tu mediū retine: mod^r est seruand^r ubiq̄
Serua mensurā semper multuz valituram

25

Da cito gaudenter gratis iuste sapienter
Nā donum decorāt hec: et meritū meliorāt.

Hec est quadragesimatercia hui^o capituli pars: in qua tractat
auctor de largitate dicens q̄ largitas est virtus moralis inter duo
extrema vicioſa consistens: que sunt prodigalitas & auaricia. Pro
digus enim inutiliter plura consumit vbi non oportet. quando nō
oportet: & sicut non oportet. dat enim danda & non danda: quare
vanus & egenus ſepe efficitur: & ſic malus eſt. Sed peior eo eſt auar
icus: qui nec ſibi nec alijs utilis eſt. Retinet enim non retinenda: &
non diſtribuit ſua nec aliena. ſic ergo excedit in nō dando & numis
retinendo. largus autem quia virtuosus eſt medium tenet amboꝝ.
Nam aliquando dat et vbi oportet: et aliquando non dat ſcilicet
vbi non oportet: et ſic modum et mensuram ſeruat que laudanda
ſunt in omnibus. dat enim cito gaudenter: gratis iuste et sapien
ter: que omnia faciunt dona amabilia et valde decora: ex quibus
etiam magnum meritum apud deum expectatur. Nota q̄ largitas
eſt virtus moralis in medio duorum extremonum ſcilicet prodiga
litatis & auaricie consistens: per quā quis dat que danda ſunt: et
retinet retinenda: de qua dicitur luce. xvij. vade vende omnia que
habes & da pauperibus et ſequere me. Item facite vobis amicos
de māmona iniquitatis tribuendo pauperibus. Conſtruelſis
largus & parcus. non vaſtator nec auarus. ſtat in medio virtus.
viruſ. id eſt viciuſ] tenet loca extrema. vir eſt prodigus dando
numiū. vir eſt cupidus retinendo numiū. vir dans danda eſt lar
gus. retinens retinenda eſt parcus. prodigus consumit res ſuas
in vanis rebus quare ipſe fit maniſ] id eſt inutilis. ille ſup.] qui
consumit ſua eget: et poſteſ ſumit vndiqꝫ. prodigus eſt prauus: ſz
auarus feretur id eſt dicitur] peior. nam] pro quia: quia] obeft id ē
nocet alijs] quasi ſemper: & nō prodeſt ſibi vñqꝫ. quilibet excessus
eſt malus. cur] id eſt quare] ſit pressus bene tibi] id eſt a te] tu reti
ne medium. modus eſt ſeruandus vbiqꝫ. ſerua mensuram valitus
ram ſemper multū. da cito: gaudenter: gratis: iuste sapienter. naſ
pro qz: quia] hec decorant & meliorant meritum.

De predicatione et conditio
nibus predicatorum.

Alt valeas eſſe doctor bonus: iſta necesse
ſunt tibi precipue: que debes corde tenere

Sit tibi vita decēs: bōa ligua: scia prudēs
Cōueniēs q̄ modus: intentio sicut tibi cr̄stus

Hec est quadragesima quarta huius capituli pars. in qua tractat
aut̄or de predicatione et conditionib⁹ predictoris dicens: Q̄
bonus doctor seu predictor necessario debet habere ea que se
quuntur. s. bonam vitam: honestam ⁊ decentem conuersationem.
bonam linguam ⁊ discretam: prudentiam ⁊ modum conuenientēs.
intentionem vero deuotaz in x̄o: non in vana gloria aut pecunia
⁊ tunc eius predicatione erit recta ⁊ bona. **N**ota q̄ predicatione est ma
nifesta ⁊ publica morum instructio ⁊ fidei hominum informatione
deseruens: ex rationum semita ⁊ autoritatuz procedens ut inquit
alanus. **C**onstrue ista que sequuntur sup. **L**sunt tibi necesse id ē
necessaria p̄ recipue id est maxime. ut valeas esse doctor bonus: q̄
debes tenere corde. vita decens sit tibi. lingua bona sit tibi. ⁊ scien
cia prudens sit tibi. qz. p̄ modus conueniens. cr̄stus sit tibi
intentio. De predicatione quid est: et de singulorum membrorum
dissimilatiois amplissima declaratione vide in fortalicio fidei in pri
ma parte super titulo de armatura verorum predictorum: et ibi
plene.

De his q̄ predicatione sunt ⁊ quomodo.

Cōmoda dic verba: sint sacra lege pbata
Sic ut ab errore doctor caueas q̄ pudore
Sancta fides: culpa: virtus ⁊ gloria plena
Hec sūt precipua p̄ te sermone probanda
Sermo tuus gratus sit verax premeditat⁹
Lclare probat⁹: feruēs: bonus ⁊ moderatus
Utilis ornatus sit: congruus atq; beatus
Non tamen elatus sit: nec nimiū iceleratus
Semper sermones fac iuxta conditiones
Illorum qui sunt presentes: nā mage p̄sūt
Verba dei recta documentis facta marita

Prodest doctor ita si constet ei bonavita.

Dec est quadragesima quinta huius capituli pars: in qua tractat autor de his que predicanda sunt et quomodo dicens quod doctor in predicatione debet dicere verba audientibus utilia contenta in legie dei et sacra scriptura. Nec debet seminare errores vel ea in quibus est dubium aut difficultas propter pudorem conseruandum. hec enim veniunt maxime predicanda Iesu fides vera et sancta; peccata; virtutes dei et mores; et gloria sempiterna. **P**redicator etiam debet preuidere que vult predicare ut graciā habeat et veritez dicat. **S**ermo eius debet esse clarus: facundus: bonus: et moderatus: utilis: ornatus: conueniens et beatus: non superbus nec nimis affatus: et tertiū conditionem eorum qui audiunt: quoniam plus proficiunt, verbum enim dei et sanctorum merita facta sunt ad documentum nostrum: et tunc magis proficiunt. hoc enim modo predicator utilis est populo dummodo bene et virtuole vivat. **I**ota et quinqūa verba tertii apostolū ad corinth. xiiiij. sunt predicanda videlicet: credenda: agenda: vitanda: timenda: et speranda. hoc est fides: virtute: vicia: pena: et gloria. **L**onitruel dic vera commoda que sunt probata iacra lege: dic sicut tu doctor. id est predicator caueas ab errore: quod pro et per pudore. hec sunt precipue prima et optima probanda sermonē per te. Sancta fides: culpa: vicium: virtus et gloria plena. tuus sermo sit gratus: sit verax et premeditatus. sermo sit prolatus clare: feruens: bonus: et moderatus: sit utilis et ornatus: congruus: atque pro et per beatus: tamen non sit elatus nec sit sceleratus: id est felicitatus: nūnūm: fac semper sermones iuxta conditiones illorum qui sunt presentes. nam pro quodque image prosunt verba dei et verba recta et merita facta documentis. doctor prodest ita si bona vita conlata.

De correccióne.

Fratrem corrígere peccates quisque tenetur
Et careat scelere nulli quādo per uta timet
Deterior fieri vel non correptus haberi
Vel si speretur quod proximus inde grauetur
Aut si tardetur quia nondum tempus habet
In simili peccatis publice super his prohibet
b. i.

Alt bene corrigerem vales: te corrigere vere
Alt sic correptus possis reprehendere rectus
Qui non corrigitur aliorum facta vidēdo
Punietur digne aliorum facta sequendo
Prauos corrigerem virtus est maxima vere
Iusti vexantur: nisi praui corripiantur.

Clare est quadragesima sexta huius capituli pars, in qua tractat auctor de correctione dicens: quod quilibet christianus videns fratrem suum christianum in aliquo peccare tenetur sub pena peccati eius corrigere nisi sit in casibus sequentibus: videlicet quia credat delinquentem ex correctione peiorum fieri non meliorum. Item si videat peccatum non velle corrigi ab aliquo. Itet si ex tali correctione alius in odium ipsius correcti grauetur. Item si videat alius quod tunc non sit aptum tempus correctionis. Quicunqz autem vult alium de criminis corrigerem debet prius conscientiam suam examinare: et debet esse sine tali crimine: et hoc quando publice corrigit: quoniam si quis qui corrigit alium de crimine tali publice maculetur: non valet eius correctio: quia ridiculo populo habetur tanqz turpis ut dicit catho. Turpe est doctori scilicet. Quicunqz igitur alium vult corrigerem debet seipsum prius emendare: ut prius correctus consequenter pure possit corrigerem. Ille insuper de peccato iuste punietur qui videns aliorum malefacta eisdem sequitur contemnens correcti nem. Correctio ergo fraterna est virtus maxima et reipublice necessaria: alias mali homines bonos infestarent et a virtutibus aarent: quare sequeretur multorum periculum. Nota quod beatus Thomas secunda secunde dicit quod correctio fraterna cadit sub precepto affirmativo: quare obligat ad semper et non pro semper: sed pro loco et tempore. Item dicit. q. xxxvii. quod quedam est correctio aetatis charitatis: et quedam est actus iurisdictionis. de correctione quasodo peccatum est occultum vel manifestum et de monitione canonicâ: vide optime in. c. si peccauerit. ij. q. prima. Cōstrue. Quis quod tenetur corrigerem fratrem peccantem ut ipse careat scelere: nisi quando timetur fieri quis deterior: id est peior: per ista. vel quando timetur non haberi correctus. vel si speretur quod proximus grauetur inde. aut si tardetur: quia nondum pro non et adhuc quia non habetur adhuc tempus. peccans publice in simili casu prohibita.

betur] corrigere supple[super his] in quibus peccat supple[corri-
ge te vere: ut valeas bene corrigere] alios [ut] tu] rectus] id est cor-
rectus] sic possis reprehendere. ille qui non corrigitur videndo
facta aliorum punietur digne sequendo malefacta aliorum. ~~U~~
~~tus est vere maxima corrigere prauos. iusti verantur: nisi prauit-~~
~~corripiantur.~~

De somno et vigilia.

Sunt promissa bona vigilātib⁹ atq; corona
Se bene ditabit meritis: bene qui vigilabit
Sunt dormitantes reprobati: nō vigilantes
Cristus ad orandū nos monuit: et vigilādū
At cuz tentamur: in nullo decipiamur
Nā veit absq; mora mors: q̄ n̄ credim⁹ hora
Debes vitare sero nimium vigilare
Nāz vigilare sero nimis nocet: qn̄ fit ignis
Nempe sitim generat: i ūbis tēpora vastat
Corpus sepe grauat: animū qn̄q; molestat
Surgere manevetat: et crastia sepe tardat

Dec est quadragesima septima huius capi. pars. in qua tractat
autō de somno et vigilia dicens: **O** deus promisit vigilantibus
multa bona: videlicet coronam glorie eterne. quicunq; igitur vir-
tutibus inuigilauerit: hanc coronaz glorie infinite pro merito suo
habebit. dormientes vero nimium a deo sunt reprobati tanq; des-
des et pigri. **E**xemplo igitur christi vigilare in oratione debemus
ut temptationes malas vitemus. **T**empus etiam meritorum hu-
ius breuissime vite incertum est, nam mors nostra sequitur cor-
poris nostri umbram quocunq; pergamus. nec intelligendum
est hic de illa vigilia que fit aliquando ad solatium iuxta ignem
quia talis sepe nocua est: quoniam sitim inducit: et multa tem-
pora in verbis inutilibus consumit. aggrauat plurimum corpus
et deinde animam mestam reddit. impedit etiam ne quis mane

urgat: et i deo tardat crastinam operam. **N**ota q[ue] r[ati]onis precepit vi
gilare: et dormientes increpauit dicens. Nō potuistis vna hora vi
gilare mecum mathei. xxvj. vigilate ergo et orate tc. **C**onstrue
L bona atq[ue] [pro et] corona sunt promissa vigilantibus sille supple
[qui vigilabit bene ditabit bene se meritis. dormientes sunt repro
bati. christus monuit nos ad orandum et vigilandum: ut non deci
piamur in vlo cum temptamur. nam [pro quia: quia] mors venit
absq[ue] mora hora qua non credimus. debes vitare vigilare nimius
sero: nam [pro qr: quia] vigilare nimis sero nocet quando ignis
fit. nempe [pro quia: quia] generat sitim: et vastat tempora in ver
bis. grauat sepe corpus: q[ui] pro et [molestat quandoq[ue] animus. ve
tat surgere manes: et retardat sepe crastina.

Aulta mala que facit nimius somnus.
Noli dormire nimis aut pausando pigrire
Somnus enī nimius ē valde sepe nocivus
Corp[us] enī reddit pigrescēs: reumata nutrit
Vulnerat et mentem sic ocia vana sequētēz
Tempus perdendo vicijs alimēta gerēdo
Dat lasciuire carnem fatiendo perire.

Chic est quadragesima octava huius capituli pars. in qua tractat
aut[or] de malis que facit nimis somnus dicens q[uia] nimis abundas
somnus similiter et omnis pigricia nociva est multum tam corpori
q[uia] anime. nam efficiunt corpus pigrum et tardum seu lentum et reu
mate plenum. animam. i. mentem vulnerat ocia sequentem: quoni
am tempus amittit: et nutrit crimina: et fortificat carnem que milia
tar aduersus animam. Et tandem facit aīaz per peccatus perire. **O**m
nis autem somnolentus piger est et mittitur ad formicam ut ab ea
discat prudentie sue diligentiam prouerbiorum. vj. vade ad formi
cam o piger et considera vias eius. **C**onstrue L noli dormire ni
mis: aut [pro vell] pigrire .i. pigrum esse] pausando. enim [pro qr:
quia] somnus est valde sepe nocivus [enim] id est certe somnus
supple[reddit corpus pigrescens: et nutrit reumata: et vulnerat me
tem]. i. animam] sequentem sic ocia: perdendo tempus: gerendo
alimenta vicijs. Somnus dat [id ē facit] lasciuire [id est luxuriari
[carnem faciendo eam perire.

28
Quomodo se debet regere dum intrat
lectus: et quod dicere debet dum se leuat.
Dum vis dormire debet crux sancta preire
Te sic commendes domino reverenter et ores
Ade tibi commendando deus semper alme petendo
Aut me pausantem conservues: ac vigilantem
Ade tibi virgo pia semper commendando maria
Du mihi saluatrix sis semper auxiliatrix
Angеле qui me custos es pietate superna
Ade tibi commissum serua defende gubernia
Sis mihi tutela michael: raphael: medela
Et gabriel fortis sis contra pericula mortis
Hec eadem facies de somno quoniam resurges.

Hec est quadragesima nona huius capituli pars: in qua tractat
autem de his que debemus dicere et facere cubando et surgendo di-
cens quod cum volumus dormire debemus nos signo crucis munire
deo nos commendando et reverenter adorando dicentes. Ade tibi
commendando deus alme tuus. id est precor ut conservues me tam dormiendo
et vigilando. et debemus post christum orare virginem gloriosam
dicentes. O virgo maria habeas me semper tibi commissum custodi-
endo: et sis mihi in auxilium mee salutis. Item etiam dirigere des-
bemus orationem nostram ad angelum bonus nostrum qui custos
nobis pietate dei tribuitur: ut dignetur nos conservare illos ab
adversario demone dicentes. O gabriel sis mea defensio. o raphael
sis medicina contra hostes meos volentes nocte me impugnare.
tu vero gabriel cuius fortitudo est interpretatio sis mihi in adiu-
torium contra mortis pericula. hoc idem etiam orantes dicere des-
bemus cum a lecto surgimus. Eostrue sancta crux debet preire
dum vis dormire. commendes sic te domino et ores reverenter. O
deus alme tuus. i. sancte commendando semper me tibi: petendo ut conser-
ves me pausantem. i. dormientem. ac pro et vigilante. jo maria

pia virgo cōmendo semper me tibi. tu sis saluatrix mihi: et semper
sis auxiliatrix. O angele qui es custos meus pietate superna ser-
ua defende gubernia me cōmissum tibi. O michael sis tutela mihi
qz. Ipro et o raphael sis medela. et tu gabriel fortis sis contra pe-
ricula mortis. tu facies hec eadem quando resurges de somno.

De perseverantia.

Si vis regnare: studeas bona continuare.

Fac bona continue: poteris sic vivere tute.

Omnes virtutes currunt querendo salutes

Continuās cursum scādit constantia cursuz

Incipiunt multi: non perficiunt bona stulti

Stultus mutatur: ut luna cito variatur

Quolibet a vento agitatur sicut arundo

Sed prudens p̄stat: ut sol sua lumina p̄stat

Quod bene cepisti cōple: nam p̄mia donat

Cristus vincenti: finis non pugna coronat.

Dec est quinquagesima huius capitulo pars: in qua tractat au-
tor de perseverantia per quaz omnes virtutes premium merentur
et est illa virtus per quam alie continuantur: quia nihil valet inci-
pere bene et terminare male. multi enim bene incipiunt: sed qz hāc
virtutem perseverantie non habent ante finem operis deficiunt et
non perficiunt: et sic ut stulti premium sui operis perdunt: et ta-
les merito comparantur lune que sepe in uno mense 13^o apparen-
tiam mutatur. Prudens autem quia constans est merito soli com-
paratur qui semper lumen suum diffundit. stultus vero velut arū-
do a vento agitata variatur. Si premium igitur speramus opor-
tet adimplere bona que incepimus: quoniam dicit cristus matthes
quarto. Qui perseveraverit usqz in finem hic saluus erit: quia fi-
nis et non pugna coronam et premium meretur. Nota 13^o nullum
per perseverantia est in re bene considerata stabilis ratio et perpes-
tua mansio. Construe. Studeas continuare bona opera si vis
regnare. In celis supple. Fac continue bona poteris vivere tute sic
omnes virtutes currunt querendo salutes, vir continuans cursuz

suum scandit sursus constantia sua. multi incipiunt. stulti non perficiunt bona. vir stultus mutatur cito ut luna. stultus variatur a quolibet vento. stultus agitatur sicut arundo. id est illa herba. vir prudens constat ut sol prestat sua lumina. comple id quod bene concepisti. nam pro quia; quia Christus donat premia vincenti. finis coronat non pugna.

De custodia quinq^z sensuum.

Gustus: odoratus: auditus: visio: tactus

Per te claudantur: nec sordes ingrediantur

¶ Nec est quinquagesima prima hui^o capituli pars: in qua tractat auctor de custodia quinq^z sensuum dicens & quinq^z sensus corporis qui sunt gustus: odoratus: auditus: visus: et tactus sunt servandi a nobis clausi: quia non debemus per eos nimis delectari in rebus huius mundi. alias enim multa peccata per ministerium sensus a nobis fierent nisi coercerentur & clauderentur hoc est continerentur honeste a nobis: ne seculi oblectamenta hauriant. de se enim proui sunt ad malum ab origine sua ut ~~Genes~~ Genes octauo dicuntur. Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. propter quos dicebat paulus ad Romanos septimo. video aliaz legem in membris meis. i. in sensibus repugnantem legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati: quare exclamabat docens nos sic facere. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: in quo scilicet sunt tot mali sensus. Construel gustus. id est ille sensus. odoratus: auditus visio & tactus claudantur per te: ne pro ut & non: ut sordes non ingrediantur per eos.

De visu.

Noli respicere que possunt visa nocere

Auertas visum tibi ne tollat paradisum

Intrat mors aias per visus sepe fenestras

Eoz clausis portis euitat vulnera mortis.

¶ Nec est quinquagesima secunda hui^o capituli pars: in qua tractat auctor de visu. dicens & per visum sepe vulneratur ad mortem cor nostrum propter peccatum mortale inde causatum. nam visus est porta per quam sepe mors ingreditur scilicet peccatum mortale: quare tenere

Debemus eas clausam: ne videamus que possunt nobis nocere ut dendo propter que possemus paradisum perdere. Uisus enim fuit minister et prima porta peccati in eua ut Genesis tertio dicitur. vii dit igitur mulier q̄ bonum esset lignum et ad vescendum suaue.

Construel noli respicere ea que visa possunt nocere, auertas tollas visum: ne pro vt et nō: vt non tollat ubi paradisuz mors scilicet peccatuꝝ intrat sepe animas per fenestras visus cor evitat vulnera mortis portis clausis.

De auditu.

A verbis vanis mendacibꝫ atq; pphaniſ
Aures auertas: ipsas ad comoda vertas
Audi sermones: missas: horas: rationes
Sic te disponeſ ad rectas conditiones.

Dec est quinquagesima teria huiꝫ capituli pars: in qua tractat autor de auditu dicens q̄ cauere debemꝫ ne audiamus verba vana prophana et mendosa. Audire vero debemus utilia nobis veluti sermones: missas: horas: et rationes bonas. Et generaliter omnia per que possumus ad vitam peruenire ut conditiones rectas habeamus. Audire etiam debemus viros sapientes: qz audiens sapiens sapientior erit prouerbioruꝫ primo. Construel Auertas id remoueas aures a verbis vanis mendacibus: atqz [pro et pro] phaniſ vertas ipsas ad cōmoda. Audi sermones: missas: horas: rationes. disponeſ sic te ad conditiones rectas.

De odoratu.

Non sit odoratus vñq̄ tuus immoderatus
Cristus odor tibi sit: cū plusq̄ cetera proſit.

Dec ē quinquagesima quarta huiꝫ capituli pars: in qua tractat autor de odoratu dicēs q̄ nunq̄ debemus immoderate et excessiue speciebus odoriferis ad delectationem vti quia in tali delectatione nimia posset consistere vel generari peccatuꝝ. cristi vero bonus odor qui est ad vitam eternam debet faciare odoratum nostrum ut dicitur canticoꝫ primo. In odore vnguentoruꝫ tuorum currimus odor enim passionis cristi alijs est odor vite in vitam: alijs ē odor mortis in mortem ut in. c. Tabuchodonosor. xxiiij. q. iiii. Conſtrue **L**tuus odoratus non sit vñq̄ immoderatus, cristus sit tibi odor: cum proſit plusq̄ cetera.

De gustu.

30

Stringe tuū gustū qui vult cōsumere multū
Plurima gustare vult sepe ventrē grauare
Si gustuz sequeris: nunq̄ bene proficeris.
Si sibi credideris: nō sobrius efficieris.

Chic est quinquagesima quinta hui^o capituli pars: in qua tractat
 autor de gustu dicens q̄ summa cum diligentia gustum nostrum et
 ipsius concupiscentiam artare atq; vincendo frenare debemus:
 cuius lasciviam sectantes si illius habenas laxauerimus multa in
 cōmoda reportabimus: tum primo nimium ventrem grauando:
 tum secundo sobrietatem & alias illi annexas virtutes: nec non in
 super omnem rerum profectuz extinguendo. nec ergo incitanti pa-
 rendum est gustui: sed pessimum per omnia venit: non quātū
 ad vite necessitates facit. ~~hj etenim sensus nostre carnis omnes ei-~~
 more ad mala proni sunt: & lascivire carnis similitudine querunt:
 sed in viro prudente rationem eorum diurnam atq; regulam vni-
 versalem habent que prohibet eorum incentiu[m]: ne facilitas ve-
 nie occasionem prebeat delinquendi: habetur in c. ut clericorum
 mores. de vita & honestate clericorum. **L**onstrue **S**tringe gustuz
 tuum: qui vult consumere multum. gustare sepe plurima vult. gra-
 uare sepe ventrem: nunq̄ [pro non et vnq̄] non proficeris]. id est
 non proficies vnq̄ [bene si sequeris gustum, non efficieris sobrius
 si credideris tibi.]

De tactu.

Sic cōpesce manus: ne tactus sit tibi van⁹
Tāgēs imunda manus: ex hoc ē male mūda
At vites penas res nō tangas alienas.
Nō aliquid tāgas male p q̄ postea plāgas

Chic est quinquagesima sexta hui^o capituli pars: in qua tractat
 autor de tactu dicens q̄ nihil tangere debemus qd sit immundus
 seu in honestum tam in nobis & in alijs. **I**tem nihil alienum tan-
 gere furti causa aut alia iniusta occasione debem⁹: et generaliter ab
 omni tactu illicito et rei illicite abstinentium est: ut prophani ac
 tactu rerum sacrarum: alias culpa nobis est: pro qua in posterum

plangendum est. **T**angere enim immundum est consentire peccatis ut dicitur. xij. q. iiij. in c. recedite. **C**onstruel compescit manus: ne pro ut et non: ut tactus vanus non sit tibi manus tangens immunda est male munda. per hoc non tangas res alienas ut vites penas. non tangas male aliquid pro quo plangas postea.

De incessu.

Sic pedes coibe: ne vadat ad mala propte. **N**on ad rixandum vadant nec dannificandum. **N**on ad cernendum res varias nec rapienduz. **A**ld dominum gressus dispone tuosque regressus. **E**t quod de facili nequeunt assueta relinqu: **N**on sumas visus qui gignere possit abusus.

Hec est quinquagesima septima huius capi. pars: in qua tractat autor de incessu dicens quod gressus atque regressus nostros in deum maxime debemus ordinare ut videlicet assuescamus ire ad loca sancta honesta et virtutum inducituia: scientiarum etiam et disciplinarum ostensiua: ne ad loca istis contraria consuetudinem induamus: sed pedes nostros penitus cohabeamus ne ad aliqua audienda: aut vero saltem videnda que mala sint nos conducant. rixas fugiamus. vana ne videamus. damna aut rapinas cuiusque ne inferamus. Sunt igitur pedes et affectiones nostre ad solum deum principiter tendentes: per quos affectiones humane designantur que postremo relictis alijs prioribus malis remanent in nobis: ideo eportet eas deponere quando sunt nimium fixe terrenis voluptibus: quod voluit intelligere christus cum dixit. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet id est malas affectiones tollat. Et hec fuit ratio quare christus lauit pedes discipulorum suorum et non manus ut dictatur iohannis decimotertio. **C**onstruel quod pro et ut cohabeat id est prohibet sic pedes: ne pro ut et non: ut non vadant prompte ad mala. Non vadant ad rixandum: nec pro ut non vadant ad res varias rapiendum. dispone gressus tuos ad dominum: quod pro et tuos regressus: et non assumas usum id est consuetudinem: que possit gignere abusum. quod assueta nequeunt relinquunt de facili.

De honestate vite.

Sit tua mēs mūda semp̄ meditatio sancta.
Actio sit iusta: necnon intentio recta
Cōmoda sint verba: sit conuersatio grata
Sit placidus gest⁹: gressus matur⁹ honest⁹
Longrua sit vestis: socijs socieris honestis
Lōpositos mores habeas laudabiliores.

De cōfessiōne quinquagesima octaua huius capi. pars. in qua tractat
autoz de honestate vite dicens **N**e hec est vera vite huius decentia
seu honestas: videlicet vt purgata omni labo criminis anima no-
stra sit pura atq; munda ab omni macula in dei ⁊ hominum con-
spectu. meditatio sit sancta: actio iusta: intentio recta propter deūz
scilicet aut aliquod in deum tendens. verba audientibus sint vti-
lia non scandalosa: et tota conuersatio hominibus grata. gestus
placidus. incessus vero maturus et grauis s̄z persone statum. ve-
stimenta sint professioni atq; vocationi conuenientia. Societas cū
quibus habetur conuersatio sit honesta. mores et actus sint bene
compositi seu ordinati vt laudabili⁹ fieri poterit: ne quid fiat mi-
nus in ea in qua quis conuersatur vita: quod per **Z**erentius lau-
dabile censem⁹ est. inquit enim in andria. nam id arbitror appri-
me in vita esse vtile: vt ne quid nimis. **C**onstruel **T**ua mens sit
munda. meditatio sit semper sancta. actio id est operatio sit iusta
necnon id est etiam intentio sit recta. verba sint commoda id ē
vtilia. Conuersatio sit grata. gestus placidus. gressus sit matus
et honestus. vestis sit cōgrua. socieris socijs honestis. habeas mo-
res compositos et laudabiliores.

Quomodo trahendum est bonum
exemplum ab omnibus.
Inspice maiores mediocres atq; minores
Lollige sic flores virtutum commodiōres
Lum quibus orneris salueris et auxilieris
Sis bene moros⁹ ⁊ ad impia facta moros⁹

Nobilitas morum pl9prodest q̄ genitorū.

Nec est quinquagesima nona huius capitulo pars: in qua tractat auctor quomodo trahendum est bonum exemplum ab omnibus discens q̄ his qui desiderat sibi optimas comparare virtutes facile hoc poterit. **S**i mores maiorum medianorum atq; minorum considerauerit et ex his qd conuenientius decentius atq; honestius sibi appropriauerit ut ornatio sit et saluti ex eorum auxilio proximior. hinc enim nobilis et morosus dicetur: quia nobilitas sola est. animum que moribus ornat. non autem ea que ex parentibus trahit. morosus insuper a morum multitudine dictus: cuius media brevis est. **I**tem etiam morosus dicitur a mora cuius media longa est: quoniam virtuosus omnis tardus est ad malum perpetrandū. **U**nde prima iactura dicitur. sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus ad loquendum et tardus ad tram. **C**onstrue. **I**nspice maiores mediocres atq; pro et minores collige sic flores virtutum cōmodiores: cum quibus virtutibus orneris et auxiliaris. sis bene morosus [id est] virtuosus [et sis morosus] id est tardus] ad facta impia [id est mala] nobilitas morum prodest plus q̄ genitorum.

De modo viuendi et cōuersandi.

Sis bene discretus inter coniuicia letus
Tūc parce comede: mage pce pocula sume
Ac parce loquere: socios large reverere
Nō sis ad risum pronus: nisi sit tibi visum
Quod bene cōueniat et honeste tūc tibi fiat
Hūc homo deridet qui multū vel cito ridet
Non discurrendo procedas vel saliendo
Nō vadas nocte: vel salteas eas bene docte
Si possis tende sociatus semper honeste
Signa mali fugias: ne suspectus tibi fias
A prava specie debet se quisq; cauere.

32
Pec est sexagesima huius capituli pars: in qua tractat auctor de modo viuendi et conuersandi dicens quod magna debet haberi discre-
tio ad honeste conuersandum: et maxime in coniuicis ubi plerique
aggregantur bene et male morati. i. compositi moribus atque disso-
luti inter quos satis est difficile distinctionis mensura debite ob-
seruare. Que mensura ipsa est ut videlicet moderate cibum atque
moderatus potum sibi quisque sumat. Et ut parum loquatur. plu-
rimum vero alios reueretur. modeste rideat si occasio se offerat. a
vino penitus abstineat ne ceteris ludibrio fiat: aut nimia notetur
leuitate. Insuper hoc conuersationem honestam ut non discurrat
per vicos et plateas saltando aut preter modum ambulando maxi-
me nocte: quod si necessitas prestiterit fiat cum societate decenti ad
tollendum omnem malam suspicionem. Quoniam a mali specie p-
cipit apostolus abstinere ut in. c. Cum ab omni. de vita et honesta-
te clericorum. Sapiens enim suos mores trahit a sapientioribus
antiquis ut dicitur ecclesiastici. xxxix. Sapientiam omnium anti-
quorum exquireret sapiens. Construe sis bene discretus. sis let-
inter coniuicia. comedere tunc parce. sume mage parce pocula: ac p-
et loquere parce. reuerere sed est honorata large socios. non sis pro-
nus ad risum: nisi visum sit tibi quod conueniat bene: et fiat tunc ho-
nesto tibi sed est a te homo deridet hunc qui ridet multum vel cito
non procedas sed est non eas discurrendo vel saliendo. non va-
das nocte vel saltem eas bene doce. tende sed est vade socias ho-
nesto si possis. fugias signa mali: ne pro ut et non: ut non fias su-
spectus tibi. quique debet sibi cauere a specie prava.

Quo fugienda sunt mala sortia.
Nō hēas socios stultos: sed dogmate plēos
Sū sanctis habita que sunt puerilia vita
Elige doctorem qui te reddat meliorem
Elige consortem qui sanctā det tibi sorte
Qui bene vult agere viliaque facta cauere
Prauorum fugere debet consortia vere
Si sanctos sequeris sanctus sic efficeris
Ted peruerteris si peruersos comiteris

Pomū corruptū cito corrumptit sibi nuptū
Omnia contacta denigrat pīx calefacta
Sic maculat cūctos pūs socios sibi iūctos.

Dece est sexagesima prima huius capitulo pars: in qua tractat autor quomodo sunt fugienda mala consortia dicens. Quicunq; sanctam incorruptam et immaculatam cupit ducere vitam: viros his similes inhabitandi gracia querat. Qui enim querit doctrinā et scienciam non stultum sequatur aut ignorantem sed doctores sapientem qui reddat eum meliorem. qui autem sanctos viros sequetur sanctus tandem efficitur. **L**et ad contrarium. qui malos sequitur eis similis mox efficietur pomū corrupti exemplo: quod nos men fructuum generale vocatur. nam si coniunctum alteri valido pomo adheserit statim in eius conuertet corruptionis similitudinem. et iterum quemadmodum pīx nigra conficta est a calore lis quida quecunq; attrectauerit in eius nigredinis similitudinez convertit. Sic suo more cunctos quos sibi insanus adiunxit quo ad mores corrumpit. Facilius enim conualescunt viciorum seminaria prohdolor et in nobis prohpudor et virtutum. **T**ullius enim ad lucillum ait: et nullius boni sine socio iocunda est possessio. Querendus est igitur socius iocunditatis gracia: sed prius est eligendus et virtute probandus: quia qui corruptis sociatur incorruptus permanere non potest ut in.c. **Q**uisquis. xxiiij. q. iiiij. et ideo vitanda est societas malorum ut in capitulo. non turbatur. xxiiij. questione prima. **C**onstrue non habeas socios stultos sed plenos dogmate id est doctrinal habita cum sanctis. vita ea que sunt puerilia. elige doctorem qui reddat te meliorem. elige consortem id est socium qui det tibi sortem fortune id est partem sanctam. ille supple qui vult bene agere: qz pro et cauere facta vilia debet fugere vere consortia prauorum. Si sequeris sanctos efficeris sic sanctus: sed peruerteris id est peruersus efficeris si comiteris id est socias peruersos id est malos pomum corruptum corrum pit cito nuptum id est coniunctuz sibi. pīx calefacta denigrat omnia contacta. praus socius maculat cunctos iunctos sibi.

De ludis cauendis.

Non ad tarillos ludas: nam ius vetat illos
Audi vitentur: aut plurima dāna sequent̄

33

Ludens dispedit res: famā: tēpora perdit
FS**e male ditare cupit: et alios spoliare
Clamat: blasphemat: irascit et male dānat
Infert litigia: periuria: verbera: furta
Ecclēsiā spernit: nocet huic q̄ ludere cernit
Lāgnet: marscēcit: dolet amittendo calescit
Perdens insanit: male stando corp⁹ inanit
Quāvis letetur modicum si forte lucretur
Non hoc ditatur iniuste si teneatur.**

De cest sexagesima secunda huius capituli pars: in qua tractat
autōr de ludis cauēndis dicens: q̄ ludus taxillorum est iure prohibi-
bitus ut in capitulo clerici. de vita et honestate clericorum extra.
Et generaliter dicunt doctores q̄ omnis ludus cuius sors et euens
tus committitur fortune prohibetur iure: nisi sit in modica re. aliis
qui tamen sunt ludi permitti ad virtutis exercitationem: de quibus
bus philosophus quarto phisicorum. et Cicero libro officiorum.
ludi autem prohibentur omnes ex quibus damna sequuntur ut in
autentico. clearum ludus. de religiosis ex sumptibus funerali-
bus ludis res et tempus perduntur. **F**raus et mendacium et scandalum
committuntur. spoliatur etiam qui perdit bonis suis: et tunc
clamat: blasphemat: irascitur et maledicit: litigat: peierat: verberat
et furatur si potest. Spernit ecclēsiā: nocet his qui prospic-
unt: languet: marscēcit: dolet. et scandescit furore: molestus est ves-
tūl insanus. Corpus eius est inane viribus: licet modicum gaudi-
um recipiat si aliquando lucratur: et quia iniuste acquirit non po-
test ex lucro illo ditari: immo tenetur ad satisfactionem: nec pos-
test repeterē quod amittit: quoniam illud quod lucratum est ex
turpi lucro vel iure prohibito venit pauperibus eroganduz: maxi-
me si ex parte vtriusq; vertitur turpitudo: ut ē bona glosa et docto-
res etiam tenent ibi in capitulo penultimo de vita et honestate cle-
ricorum. **C**onstrue. Non ludas ad taxillos. nam ipso quia: quia

Litis vetat illos. ludi vitentur: aut Ipro vel: vell plurima damna sequentur. ludens dispedit res: famam: et perdit tempora: cōmitit fraudem: nutrit mendacia et scandalum: cupit ditare male se. et Ipro sed: sed cupit spoliare se. ludens clamat: blasphemat: irascitur: et male damnatur. Id est maledicuntur in inferno: dat litigia: perituria: verbera: furta. spernit ecclesiam. nocet hunc qui cernit ludere. languet amittendo. marcescit. incipit fieri macer: dolet et calescit. perdens insanit. efficitur velut stultus; et inanit. Id est efficitur inanis molestando corpus: quis letetur modicum si lucretur forte aliquid. non ditatur. non efficitur diues hoc. Id est ex hoc si teneatur. Id est possideatur. Limustus.

De fama.

Non bōe sēper ama: quod sit tibi splēdida fama
Nomē habere bonū fertur dñi rōre donūz
Quisq̄s habēs vitā n̄ deb̄z spernere famā
Sancta tibi vita prodest: alijs tua fama
Si propriā famaz fieri vis: temper honestā
Crimina devita: nā famam dat bona vita
Ne dum per crimen possis amittere nomen
Sed male per signa fiet tua vita maligna

Hec est sexagesimatercia huius capituli pars: in qua tractat autor de fama dicens quod quādiu viuimus bone et integre fame odore saluare debemus: quia grande dei donūz est atqz viri virtuosi videntes presumptio: quare a nemine spernēda fama est sed potius optanda: aut vero conservanda venit. Conseruatur autem hec per vitam sine criminē agitatam et honestam conuersationem. Zollit etiam per malam vitam aut per aliquam mali signi speciem. beata autem vita est sancta. ipsis sanctis est utilis. Eorum vero fama exemplum et relatio bona alijs sicut signūz ad sagittam tributa multum perficit. Et similiter a sensu contrario vox est fama mala que cito ac velociter currit ad aures singulorum ut ait virgilius Enēas. Fama malum quo non aliud velocius ullum. Parva metu primo mox se attollit in auras. hec fama mala deturpat: et alios a se trahit in exemplum. Quare hoc malum est valde perniciosum:

ideo dicitur proverbiorum vicesimo secundo. Melius est enim bonum nomen & diuincie multe. Super argentum enim & aurum gloria bona. Construe. O bone vir ama semper & famam splendida sit semper tibi habere nomen bonum fertur. id est dicitur fore id est esse donum domini. Quisquis id est quilibet habens vitam non debet spernere famam. Sancta vita prodest tibi. tua vita prodest alijs. devita crimina: si vis famam fieri semper honestam. nam pro qua fama dat vitam bonam. vita ne pro ut: ut duz id est aliquando possit amittere nomen per crimen: sed tua vita fiet maligna per mala signa.

De dispositione domus.

Ne perdas subito domi disponere scito
Ac tua dispone: fac omnia cū ratione
Sic vt portare valeas sumptus moderate
Qui nimis expendit alienū postea prendit
At bene sufficias seruare statum sapienter
Sumptus nō facias nisi iuxta posse libenter
Nec plures teneas famulos incōuenienrer.
Diuitias caueas ne vastes insipienter.
Sed tibi prouideas de rebus sufficienter
In cunctis habeas mensurā conuenienter
Discrete videas q̄ sunt facienda frequēter
Et cito disponas prout expedit ipa decentē
Quotidie multa nobis nascuntur agenda.
Cum sint iam nata velocius expedienda.
Alut aliter plura remanebunt perficienda
Cum tibi sit cura patrare negotia plura
In primo cura culus mora plus nocitura.

De cest sexagesima aquarta huius capituli pars: in qua tractat
autem de dispositione domus dicens: quod prudens rerum singularium
dispensator cu[m] moderamine ac recta ratione priusq[ue] domus eius
patiatur dispendium eidem cito et statim non per temporum inter-
sticia disponit in cunctis utilibus suis: considerando videlicet quos
possit sustinere sumptus: et quas debeat res exponere: et quas ha-
beat sibi conseruare. Nam si indiscrete et inutiliter expenderet que
sua sunt: egenus factus aliena aut raperet aut concupisceret. Igitur
attente consideret ut sibi et suis sufficiat: et ne inuanum dicit
as consumat: et quot famulantes sibi retineat ut modum et mens-
suram in omnibus conseruet. in agendis vero que multa quotidie
et varia nascuntur nobis ipse versatur ut ordine constituat. que pri-
us aut vero posterius utiliter gerenda sunt: et ut velociter expedi-
at ea quorum diuturna mora damnum afferret. Deinde suo loco
et ordine queq[ue] singula disponat. **D**e regimine et domus disposi-
tione que ad yconomum videtur pertinere tractat ample philoso-
phus in politicis: et Cicero de officijs. Construe. debes supple-
lis disponere cito domui: ne pro ut et non: ut non perdas subito:
ac pro et disponere tua. fac sic omnia cum ratione ut portare vale-
as sumptus. Id est impensas moderate. Ille qui expendit nimis:
prendit. Id est accipit postea alienus. non facias sumptus libenter:
nisi iuxta posse: ut sufficias sapienter seruare statum: hec pro et et
non: et non teneas plures famulos inconuenienter: sed prouide
as sufficienter tibi de rebus. habeas conuenienter mensuram in
cunctis rebus. videas discrete ea que sunt facienda frequenter: et
disponas cito ipsa: prout id est sicut expedit decenter. multa agen-
da nobis. Id est a nobis nascuntur quotidie que sunt expedienda
velocius cum sint iam nata: aut pro vel: vel plura remanebunt
aliter perficienda. cum cura sit tibi patrare. Id est perficere plura
negocia. cura. Id est fac primo id cuius mora est plus nocitura.

CUltimum capitulum de morte et eius sequela.
Et primo de preparatione ad mortem

Mordet mors cuncta quod nascunt sine cuncta
Que prius unita soluit feriendo sagitta
Nemo vitare mortem valet aut superare

35

Nā clausis portis i trāt loca singula fortis
Nocte die cuiq; mors insidiatur vbiq;
Sepe necat subito mltos gladio bis acuto
quis incipias bonus in medio quoq; fias.
Si bñ nō finis: mal⁹ hic fert ad mala finis
Cur bñ credēdo pagēs bona: pua cāvēdo
Ne sis dānatus: sis semp obedire paratus.
Vivere coneris bene: nam bene si morieris
Vix bene viuentem vidi praeue morientem.
Nō est mors subita quā sociat bona vita
Defunctos opera sociant: nō arua nec era
Sis animo fortis instantे turbine mortis
Sis bene tritus: cōfessus mēbrisq; perunct⁹
Corpore munitus cristi: mēbrisq; perunct⁹
Lunctis ignosce: veniam tibi tribui posce.
Andū postpōas: nec amicos corde repōas
Summa tua cura sitq; mens sit bene pura.
Cristum rogare satagas et sepe rogare:
At tibi condonet tua crimina teq; coronet.
Subde voluntati domini te corde libenti
Est virtus facere gratum facienda necesse
Tunc bene nitaris: vt deuote moriaris
Tanq; catholicus: et cristi verus amicus
In domino spera fidens in virgine mera

Drans deuote velit intercedere pro te
Mortē cōmemores xp̄i: tunc iugiter ores
Te cruce signando verāq; fidē recitando
Lommendans etiam dñō qui fecit ipsam
Sed ne sis vict⁹ caueas tunc demonis ict⁹
Nam tūc conatur plus demon ⁊ insidiatur
At desperare faciat quem vult cruciare
Sz sibi nō credas: nec ab his q̄ dico recedas
Nunq̄ desperes de diuina pietate
Nec propria speres saluus fieri probitate
Te potius firmes saluatoris bonitate
Qui bene contritos sperantes in deitate
Seruat clementer miseranti fertilitate
q̄tumcunq; mal⁹ fueris poteris fieri salu⁹
Si bene cōtereris: in fine libensq; fateris
Si nequeas ore: tunc saltem corde fatere
Pectus tondendo: signūq; crucis faciendo
In cruce pendente latrone moriētatez
Cristus salvauit: quia cōpatiendo rogauit
Ergo fide pura te cristi nomine firma
Qui nunq̄ spnit quos contritos bene cernit.

Doc est ultimum huius libri capitulum: in quo tractat autor d̄
morte et ei⁹ sequela: et primo de dispositione ad mortē dicēs: q̄ oīa
in quib⁹ spirit⁹ vite tract⁹ a nativitate tandem dissoluto spiritu mor
te cadūt, mors ḥo a nemine nec evitari nec supari vllaten⁹ potest:
quoniam nō min⁹ est subtilis q̄ fortis que singula loca etiā clausa

30

penetrat: cuncta sibi subiiciendo viuentia. **O**mni insup insidiatur
viuenti siue die fuerit siue nocte: et subito sine premis indicis ve-
lut traditor plures extinguit, igitur cuz eius hora incerta sit: et illu^o
occasu periculum immineat grauissimum cui non est simile videli-
cet damnationis eterne: sicut in nobis fuerit prudentie cauere de-
bemus ne tanto discrimini cum incertitudine agendoruz et sine spe
meritorum nosmetipos exponamus: quoniamz cuius finis malus
erit in eternum mala crudelissima sustinebit. quare fidem integras
habeamus operantem per dilectionem bonam et mala precauen-
tem. in omnibus deo et ecclesie obedientes: per quorum doctrinaz
bene et viuere et mori poterimus. nam rarissime contingit bene vi-
uentem male mori. et econtra raro contingit male viuentem bene
mori. **N**ulla est timiditas bene viuenti et cum fortitudine morte ex-
pectanti. **M**ors dicta subita: quoniamz omnis talis semper est bene
disposita. ut ergo bene viuamus et inde bene moriamur mundum
et eius amicos postponere debemus scilicet amori et divine chari-
tati: et offensas simul factas facile dimittere. veniam deo postula-
re: contritionem: confessionem et mentis dolorem habere. **D**einde
corpus christi humiliter petere. **P**ostremo vero extremamunctionem
imminente mortis periculo suscipere. in hac enim extrema instatia
